UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 4832.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M.1
30.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# TOMVS II.

# REGVLARVM

## AD RELIQVAS REGVL.

*Petri a Duenas adiectus ; & ex iuris corpo-
re ſumma cum diligentia collectarum ;*

Vnicum ſuis ampliationibus ac limitationibus, ita ut ſtu-
dentibus & legum profeſſoribus nullus ; uel perexiguus
laborfuturus ſit ; utilitas uero permaxima, omni-
bus diſputantibus & in foro conuerſantibus,
apprime fructuoſa & neceſſaria.

Iacobo Nouello D. Autore, *cum ſummario ac Indice
uberrimo, nunc primum in lucem editus.*

*CVM PRIVILEGIO.*




VENETIIS, apud Io. Baptiſtam Somaſcum
& fratres. M D LXVI.

# VNIVERSIS LEGVM STVDIOSIS ADOLESCENTIBVS,

*Iacobus Nouellus I. D. fœlicitatem D.*

COMMVNIS eſt; eaque peruulgata opinio; nob. adoleſcentes, genus humanum animo, & corpore conſtare, eiuſque duas præcipue eſſe dotes, quarum altera ad peregrinationem, atque uiſus oblectationem, altera uero ad indagationem ac ueri cognitionem pertinere uidetur; ex hac autem morum diſciplina proficiſcitur, quæ nos à brutis animalibus ſeparat, & diſiungit, omitto artes illas, cum illiberali, ac ſordido labore coniunctas; quæ cum ad quæſtuoſum finem referantur, non equidem conſpicio, cur magno apud ſapientes in honore, aut beatorum numero habendi ſunt ij, qui eas exercent, eam uero philoſophiæ partem conſidero, quæ potiſſimum nos decet, ciuilis ſcientia. quæ iure quodam ſocietatis hominum cætus coniungit, &

nos ſummopere delectat, atque ego ſæpius me-
moria teneo: Platonem: atque alios doctos ui-
ros in ſuis reliquiſſe ſcriptis, nihil eſſe ſcien-
cognitione delectabilius, nihilque quod uir
magis homines alliciat ad iſtius ſtudioſos d
gendos, quibuſcum uerſemur, ac de ſtudi
& rebus noſtris inuicem communicemus,
Deo propitio, & natura duce, quæ ui ration
hominem conciliat homini, & ad uitæ ſocie-
tatem, & comitem in negotijs in utranque for-
tuna ſubiectis, ingeneratque in primis præ-
puum quendam amorem in eos, qui procrea
ſunt, ut eorundem ortus: partim patria ue-
cet, partimque amici fructuum capiant, cum
ad hunc uſque diem amicis in publicis, pri
tisque cauſis, omni mea cura ac opera lega-
ter inſeruierim, in quo maiorem meæ ætatis
partem conſumpſerim, ſtoicorum ſententia
demum ſecutus: arbitror homines homin
cauſa eſſe genitos, ut ipſi inter ſe, alij alijs pro-
deſſe poſſint, ijs cauſis potiſſime adductus, o
nem meum ſtudium adhibui, ut grati, ac be-
neuoli hominis nomen mihi a uobis nobiliſſi
adoleſcentes compararem, cum itaque pl
mæ ſint iuris ciuilis partes, ex omnibus ij
gibus, quæ dietim conſpiciuntur, quis ex
bis optimi adoleſcentes non intelligat, in ha
ris ciuilis ſcientia non mediocrem laborem,
que breue tempus ad eas non dicam legend
ſed

ad accurate obſeruandas opus eſſe, idq́ue ob
inexhauſtam illam plurimorum uoluminum co
piam, cumq́ue hæc ita ſint, quis in ijs conſi-
derandis non affirmet uniuerſam hominis æta-
tem conteri? Ego igitur hoc tempore reliquas
iuris ciuilis regulas, præter eas, quæ ab excel-
lentiſſimis D. meis Bartholomæo Socino, ac Pe
tro Duena patribus, & fratribus meis aman-
tiſſimis coaceruatæ ſunt, in ſtudioſorum gra-
tiam ac utilitatem colligere, & coadunare ſtu-
dui, ut quiſque intelligat elaborare in his ſtu-
dijs, id proprium noſtrum eſſe munus; Hunc
itaque libellum noſtrum regularum, uere au-
reolum uobis adoleſcentes dicare, & propone-
re uolui, ut ex eo optime pernoſcatis, quæ ſint
iuris regulæ; earumq́ue fallentiæ; ac ampliatio-
nes, ut cum uobis opus erit artificioſis argu-
mentis proponentis, optime & facillime reſpon
dere ſciatis, atque ita ſtudioſi adoleſcentes,
quorum commodum noſter hic reſpicit labor,
in frequentiſſimo hominum doctiſſimorum con
uentu, omnium cum admiratione, quam cre-
berrime argumenta erudite proponere, ac in-
genioſe iure ac legibus diſceptando agitare co-
gnoſcatis; Valete, & Nouelli ueſtri memores
eſtote.

# REGVLARVM utriuſque iuris collectarum

## LIBER SECVNDVS.

Cum ſuis ampliationibus & limitationibus ultra coaceruatas per excell. D. Barth. Socinum, ac reuerendiſſimum D. Bernardum Diaz. nunc primum in lucem datarum.

*Auctore D. Iacobo Nouello iuris profeſſore loco reuerend. D. Petri Duenas nuper deffuncti ad nu. incip. a fur. uſque ad finem.*

## *REGVLA PRIMA.*

FVR comitens furtum de iure diuino
1 olim pœna mortis † nō puniebatur, præterquam in caſu infraſcripto ſed pœna furis erat pena dupli : & quadrupli, & ſeptupli & mere pecuniaria . ut in c. 22. Exodi ibi, ſi inuentum fuerit apud ipſum dupplum reſtituet, & paulo infra ſi inuenerit. fur dupplum reddet. & in c. 6. prouerb. ibi ſi quis furatus fuerit, deprehenſus; ſeptuplum reddet & omnem ſubſtantiā, & de iure digeſtorū erat pena dupli & qua
2 drupli. † Aliter uero de iure C. ut infra particulariter dicet.

Fallit in fure ſubripiente hominem qui ſi uendide-
3 rit. † Noxæ conuictus morte morietur : ſecundum d.c. 21. Exod. ibi circa Medi. ibi qui furatus fuerit hominem & uendiderit noxæ conuictus, &c. Innoc. in c. quia propter de elect. & Innoc. in c. qui cum fure. de furt. c. presbyteri 81. diſtinct.

De iure uero communi ſecundum Auct. ſed nouo iure
4 C. de ſeruis fugit. pœna eſt arbitraria † tam pecuniaria.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam corporalis: arbitrio iuſdicentis. imponenda ſecundũ
doct.ibi. & Alex. in conſi. 71. nu.8.& 26. tenet ſecundum
Innoc. in c.i. de Rapt.idem conſi.103.& 135. in fi. uolu.6.
5 & quandoque licitum eſt. leges tranſgredi † propter emer
gentes caſus ſecundum Innoc.in c.i.de conſtit. quod pro
cedit in maioribus magiſtrat. ſecus in minoribus. ut in po
teſtatibus terrarum:qui non poſſunt excedere penã ſtatut.
Fallit in fure famoſo, piratis . & nocturno depopulatore
6 †agrorum. ut l. capitalium.§.famoſos.&.§.craſſatores.ff.de
penn. & famoſi dicuntur ex eo ſolum quod ſunt damnati
de furto uel rapina poſt ſententiam ſecundum Albert.in l.
ſacrilegij.§.ſi quis.ff. ad l.Iul. pecul. qui furcis ſuſpendun-
tur. Corn.conſi.44. uolu.41.g.
7 Fallit etiam in fugientibus ad hoſtes † & in reuelanti-
bus ſecreta principum . & authoribus ſeditionum, & tu-
multus, qui omnes ſuſpenduntur ex lege .
8 Fallit etiam in ſeruo Regis † qui intulit mortem alicui:
ubi ſuſpendi debet. ſupra foſſam mortui. ut l.ſeruus.ff.de
ho.lib.homi.
9 Fallit in ſciſmaticis † & aliis multis, de quibus locutus
fuit. Guido Papa in q.589. nu.3. 4. & 5.
De iure Longobardo pro primo furto oculus ſibi euelli
debet .
10 Pro ii. naſum omnino perdere debet.
Pro iij. uero mori debet. ut l. ſi quis latro de furtis &
ſeruis, fugac. gloſſ. eſt ordi. in l. capitalium.§.famoſos. in
uerſ.furta. clam ad fin.ff.de penn. Sed gloſſ in uerb.po-
niatur in tit. de pace iur.firm.coll.9. tenet quod leges Lõ-
gobardorum non ſunt leges generales facte a Romanis uel
ab Imperatore: ſed ab alio d. ſpeciali: quæ per deſuetudinẽ
ſunt abrogate & ex quibus pro ll. non debent ſeruari.
11 Quantitas diſcernit † furem ab abigeo : nam qui unum
ſuem rapit. ut fur cohercebitur: qui uero gregem ſubripit
ut abigeus cohercebitur l.oues.ff. de Abigeis.
12 De iure noſtræ patriæ † pro primo furto fuſtigatur &
flagellatur: pro ſecundo bullatur : in fronte ferro ignito.
pro iij. uero furto eſt pena furcharum : & hoc propter rei-
terationem & contractationem rei furatæ . ſecundum c.9.
promiſſ.

promiſſ. maleficiorũ. & partem M. conſi. 1544. 25. Nouẽb. quòd not. ſi quis hodie furatur unam rem. & cras furetur aliam. propter reiterationem & conſuetudinẽ delinquendi poteſt fur laqueo ſuſpendi ſecundum Bal. in l. apud antiquos in fine. C. de fur. & ideo propter conſuetudinem delinquendi augetur pena l. facultas. C. de iure fiſci. l. iij. in fine. C. de epiſcopi audien. Io. de Plat. C. de ſuperexact. lib. x. & uide Barba. in conſi. ij. nu. 21. uol. ij. dec. conſi. 6. Cepol. conſi. 26. ubi loquitur de ſtatu. Brixiæ Ful. conſi. 197. Roma. conſi. 429. in princ. Et ideo teſtis aſſuetus litigare poteſt repelli a teſtimonio ut c. nullus iij. q. 4. ibi frequenter litigantes. & c. quia ſuſpect. eadem cauſa: & ideo
13 aſſuetus furari poteſt ſecure pena mortis puniri † ſecundũ Ange. in tract. maleficiorum. In uerb. ueſtem cæleſtem.
14 nu. 14. coll. iij. & facit, quòd † peccatum ueniale geminatum efficitur. Mortale, ſecundum tex. in c. unum. §. in nomine autem criminis, 25. diſtinct. & dicit Bal. in d. l. iij. C. de epiſcop. audien. quòd bis carceratus pro eod. delicto
15 non debet tam cito relaxari; † quia ferra beſtia non debet exponi ad ſtrages & damna facienda. & facit in ſimili quod dicit gloſ. in l. conſentaneum, in uerſi. perſeuerauerit. C. quomodo & quando. Index quòd humanum eſt pec
16 care, diabolicum uero perſeuerare † & delicta reiterata plus debẽt puniri ſecundum gl. in d. l. iij. in fine. C. de epiſcop. Audi. & conſuetudo delinquendi, quæ actus frequen
17 tiam aſſiduitatem requirit † grauiter inſpici debet: ſecundum Bal. in l. i. C. quæ ſit Long. conſu. & l. de quibus 8. coll. ff. de legib. & Bal. & Alber. in l. ij. C. quæ ſit longa conſu. cu
18 aliis ut ibi. & Guid. Papa q. 631. nu. 2. ubi † declarat quæ ſit aſſuetudo, conſuetudo, & deſuetudo, maxime in præſenti materia, quòd not. Petrus in Appoſt. ad Bar. in l. i. C. de ſuperexact. lib. x. ubi dicit. quòd committẽs crimen pro
19 quo uenit imponenda pœna pecuniaria ſi capiatur & † tale crimen delinquens commiſerit, hoc delictum ex quo in conſuetudinem deduxerit, quòd per iudicem poterit capitaliter puniri: quòd eſt mirabile, & eſt ſing. Io. de Arnono. nu. 64. n. 2. quòd tu not. ꝙ clerici, & fures authoritate ſu
20 perioris † poſſunt incarcerari, & ad torturam poni quo-

uſque res exquirantur, ut 5.q.5.Illi.& 14.q.6.c.i.& ſi fue-
rint deprehenſi in furto ab omni honore deponantur.81.
diſtinct.c.presbyter. & infames ſint. qui nec accuſare, nec
teſtes eſſe poſſunt,ut 3.q.5.c.conſtituimus. quod intellige
de ijs furibus, quod per ſententiam condemnati ſunt. u
Luc. de penna in l. Iudices nu.2.C. de dignit.lib.xij.
21 Plagiarij qui uiuentium filiorum † miſerandas infligunt
parentibus orbitates. ſi quidem ſunt ſerui, aut libertati do
nati, tunc beſtiis ſubiiciuntur: ingenui uero gladio confi-
22 ciuntur. † ſed ſacrilegi qui manufacta Dei templa uiolāt
uel confringunt, aut beſtijs damnantur, uel uiui combu-
runtur, aut in furcis ſuſpenduntur: ut l.ult.C. de Plagia.
23 Expilatores uero ſunt atrociores fures: quia qualitate di-
ſcernuntur a furibus, & a petulantibus. qui libidinis cauſa
Ancillas rapiunt. ut l.aut facta.§.qualitate.ff.de pen.& l.ca-
pitalium.§.craſſatores.ff.eo.tit.ut l.i.§.expilatores.ff.de ef-
fract.& expillat.ex quo furantur cum fractura.

## REGVLA SECVNDA.

Fuga de per ſe in cauſis criminalibus nullam facit proba-
1 tionem † neque plenam, neque ſemiplenam. tex. in l.uni-
ca.C. de rapt. uirg.l.iij §. Deſertorem & §.emanſor ff.de
re.milit.Bar.in l.lege Cornelia ff. ad Syllan.c. in literis de
teſtib. Sed cū fama publica bene probat. Io.de amic.conſ.
85.nu.1.Bar.in l.fi.ff.de quæſtio.Felin.in c.nullus.nu.6.de
præſumpt. gramm.d.34. nu.52. & 53. loquendo de uehe-
2 menti † fama quæ cum uno teſte facit inditium ad tortura.
Fallit hæc regula in omnibus officialibus publicis, ſiue
præſunt iuſtitiæ, ſiue præſunt adminiſtrationi ut in auct.de
collat.§.ſuper hoc. &.§. ſi quis autem & in auct. de exhib.
reit.§.ſi uero etiam.& l.iij. C. de exact. tribut.lib.x.quōd ſi
tēpore ſindicatus. uel alio tēpore, quo reddere debēt ratio-
nē adminiſtrationis ſuæ aufugerint de loco in quo officia
3 geſſerunt. Tunc illorum † fuga facit ſemiplenam proba-
tionem ut Paulus Girland.de fuga carcerato: nu.5. & Bar.
in l.i.ff. de iis qui ſibi mortem conſc. & fuga bene reddit
quem ſuſpectum.l. impuberib.§.præterea.ff.de ſuſp.tut.&

ibi

ibi Bar.ſed & eſt leue inditium ſecundum Bal.in l.non hoc
C. unde cognat. & fuga triplex eſt. uoluntaria cauſaria &
ignominioſa. Bal.in l.i.C.de edilict. act. Adde deci.conſi.
234.col.i.nu.3. Marſ.ſing.497.&.§. diligenter nu.41.in ſua
prat.C. & Matth.145.ſing.ſuis.

Fallit etiam in tribus caſibus de quibus in R. Sonc.nu.
4 162. limita.d.regulam quando aufugiens † a loco ſolitæ ha
bitationis illico ſe præſentaret coram iudice, quia tunc
non habetur pro fugiente. Ita Bal.in l.i. C. de ſer. fugit.
poſt glo.in l.iij.§. Manſor.ff.de re milit.& Bar.in l.quis ſit
fugitiuus.§.i.ff.de edilict.edict. & uide 2.limit.R.392.ſup.

## REGVLA III.

1 Fugitiuus debitor in die Dominico capi poteſt † ut c. li-
cet. & c.i.de ferijs & c.fin. de Iudit. gloſſ.not. in l.dies fe-
ſtos.C.de feriis & ibi doct.eo maxime, quia creditor debi-
torem fugitiuum auctoritate propria capere poteſt; etiam
ſine iuditis mandato; cum iuris cõmunis ſolemnia in hoc
caſu relaxentur. ut l. ait prætor.§. ſi debitorem.ff.de iis.
quæ in fraud.credit.Anch conſi.123.Vnus ex procurat.nu.
8.ad fin. maxime ſi poſt debitum contractum creditor no-
2 titiam habet & ſummaria † cognitio per iudicem de fuga
ipſa comprobata ſit. quòd tu nota. Deci.in l.uinum nu.8.
& ibi Iaſ.ff.ſi cert.petat. licet Iaſ.in l.plerique.ff.de in iuſ.
uoc.tenuerit quòd fugitiuus poſſit in domo ad inſtantiam.
c. detineri,argumento de tempore ad locum ut ibi.

Securitas enim data alicui ne capiatur in domo habita-
tionis per l.plerique.ff.de in ius uo. hoc intelligitur præ-
3 terquam in criminibus, quia † criminoſus in nullo loco eſt
tutus. ita Bal.conſi.400.nu.2.uol.i.

4 DE iure uero noſtræ patriæ fugitiui † nec in domo, uel
in eccleſia nullo modo retineri & incarcerari poſſunt.

Fallit in hac ciuitate, quia debitores fugitiui in certis
diebus edilititijs,ex forma.l.excellentiſſimi Senatus 1557.
4. Aprilis per dies octo ante feſtum natiuit. domini noſtri
Ieſu Chriſti, & in die palmarum Quadrageſimæ, uſque ad
ultimam diem Paſchæ uigore legis dicti fugitiui poſſunt ſe

con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conferre per ciuitatem ad eorum llbitum, & omnis perſo-
nalis executio contra præditos eſt interdicta, & ſi fortaſſe
fieret, aliqua perſonalis executio in d.tēpore, eo tunc uigo-
re d.l.clar.d.Aud. uer. inciderent pro ut in multis caſibus
iudicatum, obtentum, & deciſum fuit. ut in actis offici
clare patet, quòd tu tene menti.

1 Amplia. ut ſuſpectus poſſit etiam detineri in alieno ter-
ritorio, nam eo in loco anthoritate propria capi poteſt, ita
tenet Ang.in l.nemo carcerem in ult.col.C. de exact. tri-
but. & ibi Benedict. de Plumb.penult.col.5. Item iuxta
prædicta quæro. lib.x. in repet. ſua. & idem Angel.in l.i.
nu.2.C.ubi quis de curia.uel coharta.

2 Amplia.in bannito, nam eo ipſo quòd quis eſt bannitus
cenſetur eſſe in fuga. not. Bal. & Moder. in l.rogaſti.§.fin.
ff.ſi cert.pet. ratio quia bannitus quo ad ipſius perſonam
habetur pro mortuo, & inter uiuos non poteſt connume-
rari.l. amiſſione.§. qui deficiunt.ff.de cap.dim.Caccialup.
in tract. de debiti.ſuſp.de fuga q.16.nu.3.

3 Amplia. ut ſuſpectus de fuga retentus non poſſit oppone-
re exceptionem incompetentiæ ut Alex. & Deci. in l.cui
iuriſdictio.nu.17.ff.de iuriſd.omn.iudicu. Anch.conſi.192.
in auxilium ueritatis. nu.3. uer. quo ad primum fol.77.
Imo nec etiā exceptio feriarū, ut l.dies feſtos.C.de ferr.&
hoc ne iura creditoris pereant. & aliis rōnibus. ut ibi q̄ not.

4 Amplia. ut etiam ſi ſit debitor in diem uel ſub conditio-
ne. qui poteſt etiam capi, propter ſuſpitionem fuge: maxi-
me a creditore de cuius intereſſe agitur. ut l.quæſitum cū
gloſ. in uer. quia.ff. de pignor. ut Aret. conſi.95. & Deci.
conſi.75. num.2. & in d.l. cui. num.21. quòd not. Roma.
conſi. 242. num.2. cum aliis.

1 Fallit quando debitor poſſideret bona immobilia. ſeu ſta-
bilia in loco, in quo quis ſortitur forum, ſecundum Aret.
in conſi.95.reſpondendo iij.col. & deci.d.conſi.75.num.2.
uerſ. ſecus in caſu noſtro: quòd not.

2 Fallit etiam quando creditor habet pignus penes ſe & in
manibus ſuis. quia eo caſu non poteſt procedere ad aliquā
retentionem contra debitorē ob ſuſpitionem fugæ ex quo
creditum

creditum ſuum eſt tutum ac ſecurum per conſtitutionem pignoris, quod utique creditor uendere non poteſt. niſi debitor in mora conſtituatur. ut eſt tex. ſecundum Bar. & Saly. in l. cum ſoluendæ. ff. de diſtract. pignor. & in l. ſi ex legati cauſa. ff. de uerbo. oblig. & Bal. in l. creditor qui non idoneum uerſ. quæro. ff. ſi cert. pet. & eſt gloſſ. in uerbo redigere. l. ij. C. de pignor.

3 Fallit itidem in milite dum ſeruit in armata militia, quia tunc nullo modo capi poteſt, ut eſt glo. not. in uerbo armata. C. ubi quis de cur. uel cohart. l. ij. & Ang. in l. i. nu. 2. & 3. C. eod. tit.

4 Fallit in debitore fugiente ad eccleſiam: qui ut ſuſpectus detineri non poteſt. ſecundum Old. conſi. 54. an fugiens. Abb. in c. Inter alia nu. 22. de immun. eccl. Ripa in c. i. nu. 88. de Iudit. Deci. in l. uinum. ij. not. 8. ff. ſi cert. pet. doct. in l. plerique. ff. de in ius uocand. nu. 25.

Fallit in caſu truffæ, quia fugitiui etiam in domo propria detineri poſſunt, & commiſſio, & retentio eo caſu per iudicem fieri poteſt. & facta per iudices laudabitur. prout pluries deciſum fuit, & iſti fugitiui: falliti appellantur fraudatores & deceptores, nec ſunt digni excuſatione aliqua ob aduerſam fortunam. ita ſing. Bal. in conſi. 372. n. 20. in fine. uol. 5.

## REGVLA IIII.

Fama probata per duos teſtes ſine alijs adminiculis non facit inditium ſufficiẽs ad torturam. ita Bar. in l. Milites. ff. de quæſtio. Marſ. in l. de minore. §. plurium quoque nu. 30. ff. de quæſtion. & ſing. 205. Abb. conſi. 81. nu. 1. uol. ij. fed. de ſen. conſi. 62. Antonius de But. & doct. in c. ueniens. Il primo de teſtib. Felin. in d. c. nu. 14. Bar. conſi. 191. d. Paci de Burgo. & idẽ Marſ. in ſing. 97. fama. Bal. & Saly. in l. ea quidem. C. de accuſat. in mat. famæ. Bal. not. in conſi. 402. quæritur. nu. 5. uol. 5. & in conſi. 447. nu. 12. ubi concludit famã ſine adminiculis non ſufficere ad condemnandum. ſed bene ad inquirendũ. ut eo. uol. & in conſi. 78. Textus nu. 2. & cõſ. 2. nu. 5. eo. uol. iij. Dec. in d. c. ueniens n. 24. uſq; 29. de teſt.

Hanc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hanc regulam ponit Pet. Duenna cum quinque limitat. ultra duas limit. per eum relatas a Ber. de Luco. remittendo ſe ad Hippol. Marſ. in d. §. plurium quoque nu. 27. uſque nu. 58. quod bene nota.

1 Amplia. ut fama comprobata per duos te. plene probat. gloſ. in c. i. de appella. Cy. in l. fin. C. de teſti. doct. cano. in d. c. ueniens. Il primo de teſt. gloſſ. in l. 4. C. de probat. Afflict. deci. 337. nu. 2. Cepol. conſi. 70. nu. 14. Bal. in l. cum ſu per uernis. C. de rei uendicat. & hoc in ciuilib. cauſis. Dec. conſi. 189. nu. 13. & conſi. 429. nu. 9. & 18. & conſi. 163. nu. 12. & conſi. 428. nu. 2. & conſi. 57. nu. 3. Alex. conſi. 4. nu. 4. uol. 6. conſi. 5. nu. 3. uol. 1. Idem conſi. 23. 20. uol. 4. & conſ. 54. nu. 3. uol. 4. cum aliis infinit.

2 Amplia. etiam ut non ſolum cum adminiculis plene probat. ſed producit 7. aut 8. mirabiles effectus, ut Guido Papa q. 301 & 446. quòd tu ſolers, nota Alex. conſi. 24. nu. 6. & nu. 20. uol. ij. ubi ſingulariter.

1 Fallit primo quando fama eſt coadiuuata cum aliis adminiculis ſeu præſumptionibus, quia in criminalibus cauſis facit ſufficieus inditium ad torturam. Ita Marſ. in d. §. plurium quoque nu. 57. allegan. Bal. in l. ſi quis ex argentariis. §. ii. poſt princ. ff. de edend. Felin. c. ueniens. Il primo col. 4. n. de teſti. all. etiam c. præterea in uerbo auditu de teſtib. in glo. circa fin. Caſt. conſi. 276. uiſo proceſſu.

2 Fallit etiam in his, in quibus probationes ſunt difficiles, quia tunc fama plene probat, ſecundum Marſ. in d. §. plurium. quoque nu. 63. uſque 67. ff. de quæſtion. alleg. Bar. in l. ſi quidem. C. ſol. mat. & in l. continuus. §. cum ita de uerb. oblig. n. 4. Bal. in conſi. 229. uerba nu. 2. ubi dicit quòd quæ non poſſuut plene probari, probantur per argumenta & ſacramentum, uol. ij. ita Alex. conſi. 24 nu. 6. & 20. uolu. 2. & Anch. conſi. 310. tres domini nu. 2. uerſ. & iſte probatus. Roma conſi. 76. nu. 5. ubi tenet, quòd ratione difficultatis admittitur ea probatio. quæ alias non admitteretur, & Fed. de ſen. conſi. 119. nulli dubium. Bar. hoc idem in l. ſi quando C. unde ui. & in §. penult. l. ſi quis ex argentariis. ff. de edendo.

edendo. & communiter doct.

3 Fallit 3. ubi fama publica facit plenam probationem in cauſa criminali. quando agitur ad finem probandæ iuriſdictionis. illius cauſæ ſecundum Gemin. in c. ſi iudex laycus §. i. in i. not. nu. 2. de ſent. excom. in 6. Marſ. in d. §. plurium quoque nu. 74. ff. de quæſtion.

4 Fallit etiam ubi tractatur de probanda conſuetudine & mala fide. In primo caſu. Abba. in conſi. 53. In prædicta cauſa. 1. uol. ij. De ſecundo uero fulgo. conſi. 158. col. ij. Innocen. in c. cum tu. de uſur. Abb. in conſi. 81. ex themate. col. ij. ubi ad probandum quem eſſe uſurarium ſufficit probatio famæ. & Raphael fulgos. conſi. 145. quando plurime Marſ. in d. §. plurium quoq; nu. 84. ff. de quæſtion. cum aliis infinitis & tu not.

5 Fallit itidem in filiatione, quia ſola fama publica nó probat filiationem. Ita Deci. in c. per tuas. nu. 39. de probat. & in conſi. 54. col. i. n. Saly. in l. i. col. iij. teſtib. fulgo. conſi. 138 nobilis col. ij. Alex. conſi. 51. uiſo. col. 2. uol. i. & ad probandam filiationem cómuniter fiunt 2. capitula. ut Deci. in d. c. per tuas.

## REGVLA V.

Furnum, In ſua parochia quilibet habere tenetur. ex l.
1 diſpoſitione, & antiquiſſimo †uſu huius ciuitatis & omnes tenentur eorum panes decoquere in ſua parochia: ſoluendo furnario ſolidos 6. per ſingulo ſtario farinæ iuxta parté 1530. 31. Auguſti & quilibet priuatus furnũ in hac urbe habere poteſt. ac præſcribere poteſt. ut in l. fin. ff. de uſucap. Ita Guido Papa q. 298. nu. 2.

2 Ex quo omnis actio & omne ius ſpacio annorum 30. †ſopitur, & ex l. ſenatus 1488. omnibus præbet ſecuritatem. & l. communis uult, & requirit quòd nullus poſthac moleſtetur. uel inquietudinem formidare poſſit annis 30. decurſis ſecundum tex. in l. fin. C. de fund. patrimo. l. xi. ita Neap. deciſ. 329. nu. 2. & 3.

Quero inſuper an obligatio de pane coquendo per furnarium in ſuo furno pro tota ſua familia ſit ſeruitus. An
3 obligatio perſonalis † Bal. in l. ſi pluris. In quarto contrario

trario.nu.12.C.de cond. inſertis tenet, quòd eſt ſeruitus
innominata quæ debetur a re perſonis, & ideo annorum
30. ſpatio perſcribitur. Quod tu not.
4 Fallit hæc regula, quando conſuetudo eſſet in cótrarium
ob aliquam publicam utilitatem. ut puta ſi in ciuitate pa
ua & Anguſta foret aliquod furnum & dubium eſſet, ne da
num uicinis inferatur in pane coquendo, tunc illud in lo-
co remoto prope menia conſtrui & poni poterit: ex anti-
qua conſuetudine: quæ nullo modo immutari poteſt l. ma-
nifeſte. C. de ſeruit. flori. in l. ſi ſeruus. §. ſi furnum. ff. ad l.
acquil. cum aliis.
5 Quæro etiam, inſuper: ſi pactus ſum cum furnario de pa
ne coquendo pro me & familia mea per annos decem, in
ratione libra. 10. in quo tempore duos tamen habebam fi
lios, & poſtea plures alij. mihi nati ſunt & ſic aucta fuit fa-
milia dubitatur. An furnarius de cetero teneatur panem
decoquere pro eodem precio, concludendo dic ꝙ ſic. quia
6 dictio familia eſt nomen † uniuerſale quòd reſpicit argum.
& diminutionem. ut l. peculium. in princ. ff. de leg. ij. &
ita tenet Dyn. & Cyn. in l. non modus. C. de ſeruit. & l. pla-
cet in fin. C. de ſac. ſanct. eccl. Anch. in c. quanto de cenſ.
& ibi Io. Anna. & Felin. Marſ. in rubrica. C. de probat. nu.
410. & nota diſtinct. Cepol. in tract. de ſeruit. urba. præ-
diorum. In tract. de furno nu. 4. dicenrem. An conuentio
ſit ſtipulata ſub nomine uniuerſali, aut ſub nomine ſuo &
filiorum: uel ſub nomine particulari: & dic in omnibus,
ut ibi quod nota.
7 Fallit in legato annuo, relicto ſuper tali furno libra. x. an
diminutis perſonis: ex aliquo accidenti integra tamen pen
ſio annua debetur ſecundum Cyn. in l. ſi quis argentú. n. 3.
C. de donat. & l. Lutius Titius. ff. de alim. & cib. legat. &
Guid. papa q. 8. ꝙ not. & tene menti.

## REGVLA VI.

1 Gabella in contractibus emptionum per emptores ſolui
omnino debet, & hæc eſt communis opinio, & ita tenet
Bal. in rubrica. C. ſi cert. pet. & de reb. cred. nu. 4. & eſt tex.
in

in l. debet autem in fin. ff. de edilict. edict. & ibi Cepol. in ij. not. d. l. tamen ſe reſoluendo dicit. quòd ab utraque parte ſolui communiter debet, & uide Rom. in ſing. 588. incip. per Italiam, & ita obſeruatur in hac magnifica ciuitate Venet.

2 Vbi dicit, quòd eccleſia non tenetur ad gabellas quæ ſoluuntur de contractibus & donationibus lucratiuis, & ſtatuta in contrarium non ualent: ad præiuditium eccleſiæ. tenet Feder. de ſent. conſi. 217. nos Griffolus. Abb. in conſi. 13. nu. 2. uol. ii. Ang. in conſi. 24. & ibi dicit hanc eſſe communem. opin. & clem. præſentibus de cenſibus.

3 Fallit hæc regula in clericis, ſcholaribus, & alijs perſonis habentibus immunitatẽ a gabellis & datiis ex priuilegio, quia iſti nullo modo tenentur. ut l. illud. C de anno: & tribut. l. x. in argumentum: qui ſi fraudem commiſerit, ea detecta. Amittit is talis priuilegium. arg. l. qui ſub prætextu. C. de ſacr. ſan. eccl. Bal. in l. ſancimus. C. de ſacr. ſanct. eccl. num. Dec. conſi. 496. nu. 2.

4 Et hoc de conſuetudine antiqua quæ ſemper obſeruanda eſt. ut l. ſemper. §. legem & ibi gloſſ. in uerſi. legem. ff. de iur. immu. & in l. i. in uerbo ſeptuagenario. C. qui mor. ſe excu. l. x.

5 Item gabella non eſt ſoluenda de contractu † nullo. ut Alex. in conſi. 104. nu. 5. uol. i. Bal. in l. ij. C. de eunuch. & in l. non dubium. C. de legib. & de iis rebus de quibus non eſt ſolitum, aut conſuetum ſolui ſecundum eundem Alex. in conſi. 212. nu. 6. uol. 6. quod ſemper not.

6 Item gabella de iure non ſoluitur de ijs rebus † quæ pro uictu portantur. ita eſt tex. in l. Publicanus. §. de rebus. ff. de public. & l. in l. cenſoria. ff. de uerbo. ſign. all. per Bal. in conſi. 241. in i. uol 4.

Gabella non ſoluitur de legato facto pro reſtitutione
7 male † ablatorum: ratio eſt. quia non eſt proprie legatum. ſed reſtitutio male ablatorum, & non præſtat beneficium qui debitum ſoluit. ita Bal. in l. ſi ſeruo per illam l. ff. de hęredibus inſtit. Tiraquel. in l. ſi unquam. nu. 88. in uerſ. libertis. C. de reuoc. dona.

8 Gabella ſi eſt ſoluenda de acquiſitione dominij† aut de

aliqua hæreditate, non comprehendit. filium ſucceſſorem in hæreditate patris, quia non eſt proprie acquiſitio, uel lucrum, ſed eſt continuatio dominij filij in bonis patris per tex. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Deci. conſi. 26 nu. 6. Ang. Imol. & Alber. in d. l. in ſuis. Capra in conſi. 4 & ſi Venatius. glo. no. in c. paſtoral. in uero quaſi de decim.

1 Geminatio actus maiorem uim habet, & efficatius operatur quam ſimplex, ita ut actus ſit perſonalis. Ita Bal. & doct. in c. fin. de officio delegat. Deci. conſi. 282. nu. 4. ubi exẽplificat de dictione ſolum, & dumtaxat: & de clauſula nec aliter, uel alio modo: quæ præciſam habet naturam, ſecundum Bal. in glo. ibi in l. ſi quidem col. ij. de except. & idem Dec. in conſi. 316. nu. 5. & Cor. conſi. 49. in 1. uol. 3. & conſi. 70. nu. 6. eo. uol. & eſt opt. tex. in l. ij. §. furioſus ibi in omnibus & per omnia. ff. de iur. codic. Bar. in l. cum ſcimus C. de agr. & cenſ. l. x.

2 Geminatio in uulneribus, habet quid exceſſus ſecundum Bar. & Bal. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. Dec. in auct. caſſa & irrita. nu. 16. C. de ſacroſanct. eccl. Mar. ſing. 338. Grãmat. uot. 17. nu. 89. & ideo pluralitas & multitudo

3 uulnerum in corpore interempto † arguit omnimodam uoluntatem delinquentis. pro ut dixi. in tract. meo. C. ad nu. 70. uſque 73. in princ. operis, quod nota & ſtude, & in l. baliſta. Ibi quantacunque pecunia. ff. ad Trebell. & ibi doct.

4 Geminatio in contractib. geminatis de eadem re arguit ſuſpicionis fraudem: ut Bal. in l. emptione. C. plus ual. quod agitur. Boe. q. 33. nu. 5.

5 Geminatio uerborum in ultima uoluntate oſtendit enixam teſtatoris opinionem, ita Iaſon in l. cum filiofa. n. 65. ff. de l. primo alle. tex. in l. cum pater. §. filius matrem. Ibi enixæ uoluntatis preces. ff. de l. ij. & l. baliſta. ff. ad Trebel. & l. ſi mulier. la ij. C. ad Velleia. Idem Iaſ. in l. Gallus. n. 27. ff. de lib. & poſthu. ubi exemplificat, in uerbo poteſt & debet quæ uerba important neceſſitatem præciſam, all. clem. ij. In uerbo debeant de ſtatu monach. & in c. i. ibi poſſumus & debemus, ut eccleſiaſt. benef. ſin. dim. conf. Ang. in

6 l. fin. ad l. Falcid. quod naturalis obligatio. Geminata † paritur

& pro-

&producit obligationem. & Felin.in c. ſi cautio num. de fide inſtru. dicit quòd Geminatio uerborum pro latorum arguit & animi & propoſiti uoluntatem omnimodam.

7 In ſententia appoſita ſimiliter Geminata uerba arguunt uoluntatem iuſdicentis. ut ſi dicatur,uerba in inſtrumento inſerta caſſentur & irritentur. Intelligitur ipſo iure abſq; alia ſententia. ut ſing. Bal.in tract. de pace conſtant. in lib.feudo.c.i..§.hoc quod nos in uerbo, & in irritum reuocantur.

8 Geminata conceſſio pontificis arguit certam ſcientiam & uoluntatem concedentis; & æquipolet motu proprio, ita Franc.Crem.ſing.136. incip.clauſula. Bal.in l.nec dam noſæ.C.de precib.imp.off.Rom.in l.ſi uerbo.§. de uiro all. 31.ff.ſol.mat.Alex. in l.iii.in princ.ff. quod quiſque iur.in alium: & nota quòd ſub iſtis uerbis germinatis & uniuerſalibus nõ includitur illud quod eſt prohibiti tum de iure naturali & diuino. ſecundum gloſ. & Bal.in l.ſi filius a patre §.pen.ff.de lib. & poſth.

## REGVLA VI.

1 Gloſæ opinio omnino eſt ſequenda tam in iudicando quam in conſulendo. ita Bal.in, conſi.251.nu.2.in fi.uol.i. Idem conſi.351.nu.4.eo.uol. Idem 169.nu.3.in uol.5.& conſi.236. Iſte maritus. in fine uol.iij.& conſi.352.quæritur.nu.3.ubi dicit, quòd in deciſionibus ſtandum eſt gloſæ ordinariæ uol.3.Bar.in conſi.5. Saly.in l. traditionibus.C.
2 de pactis † φ l.ij.C. de ſent. quæ ſine quant. Bal.in l. cum hæreditas.C.de poſ. Barba.& Abb.late in c.capellanus.nu. 3.de ferrijs. Dec.conſi.146.nu.7. & in conſi.412.nu.13.& in c.ad hæc in beato. nu.71.de poſt.prælat.ubi glo.non cre
3 ditur niſi legem alleget † & idem deci.in c.i.in prima lect. de conſtit. nu.94. Abba.conſi.60.col.9.nu.2.uol.ij. Guido Papa d.277.nu.2.affl.d.384.n.3.Alex.conſi.74.n.24.in u.4.

4 Fallit quando gloſ. plures refert opiniones, & earum una habet rigorem. Alia uero habet equitatem. quia tunc illa præfertnr quæ habet in ſe equitatem. Ita uoluit Aret. in conſi.163.diligenter.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

5 Fallit etiam quando gloſ. multas refert opiniones † ultima uidetur in dubio approbata. gloſ.not. in l. qui filium .§.ſabinus.ff.ad Trebell. Iaſ. in l ſi idem.§. fin.nu.3.ff.de iuriſ. omn.iud. Alex. conſi.67. Franc.col. fin.uol.quinto.Barba. conſi.28. uol.i. Card. conſi.29. iudex col.5. Aret.in.§. precium. inſtit. de contrah.empt.

Fallit etiam quando contra communem opinionem eſt
6 opinio glo.† quia illa præualet communi opinioni ſecundum Iac.But.in l.i.C.qui pro ſua iuriſd. Bal.in l.cum hæreditas. C.depoſ.Deci.in c.i.in prima lect.nu.94. de conſt.& in conſi.23.col.fin.uerbo nec obſtat quòd caſus; eo maxime quando opinio glo.fundatur melioribus & ualidioribus
7 rationibns† quia illa præualere debet; communi & reiecta opinione prædicta, pro ut concludit Deci.in d. conſi.23. Abb.conſi.60.uol.ij.Bal.in l.i.in fine.ff. de uulg. & pupp. & in l.i.in fin.C.de ſent.quæ ſine cert.quant.Ang. conſi.188. uiſis actis in fine. Cuma.conſi.44. ab arbitrali poſt princ. Fulgo.conſi.22. nobiles in fine Iaſ. in l. ut uim nu.34.ff.de inſt.& iur.& in l re coniuncti. nu.16 ff.de leg.iij.

Fallit etiã quando in cauſa matrimonij eſſet opinio glo.
8 † quæ ſtaret pro matrimonio, quia illa præferri debet communi opinioni, pro ut tenet Hoſtien.in c.ſi uir.de cogn.ſpirit. & Abb.in c.fin.in princ. de re. iudica. And. Sicc.conſi. 60.uol.i.& conſi.3. ſcribitur. cum aliis infinitis.

## REGVLA VII.

Grauatus filius ſub conditione ſi ſine filiis deceſſerit
1 † non ſolum legitimam iure naturæ debitam, uerum etiam Trebellianicam detrahere poteſt. quod eſt duas quartas. ut l.qualis. C.ad l. Falcid. Bal.in l.ſi a milite.§.fin.ff.de teſta.milit. Iaſ. auct.ſi qua mulier nu.35.C. de ſac.ſanct.eccl. Idem in l.filius qui in poteſtate. nu.13.ff.de lib. & poſth. Anch.conſi.101.nu.3.ex prædicto; & in conſi.27.nu.3.non ſeruato. Alex.cõſi.139.nu.2.in.i.uol. Decius in conſi.300. nu.3.& 4. & conſi.578. nu.1.uol.ij. & conſi.202. nu.8.uol. i.& eſt communis. ſecundum cano. & in c.ſi pater. de teſtam. in 6. Bal.conſi.219. nu.3.uol.ij.

Fallit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1 Fallit primo. In matre uel aliis aſcendentibus, pro ut ſing. notat Bal. quem omnes ſequuntur in d.§. patri eius. quod eſt §.fin.ff. de teſt.milit. ex quo non reperitur aliter lege cautum. dicit Bal. tu cogita. &

2 Fallit 2. quando Grauatus ſentiret commodum hæreditatis mediante legis diſpoſitione. & non immediate. ſecundum Saly. & Iaſ.in d.l.quãuis. nu.4. ſecundum Bar.in l. cum filio.ff.de leg.i. ſed tu uide cano.in c. Rayn. de teſtamentis.

3 Fallit 3. quando pater fuiſſet hæres inſtitutus. & grauatus de emancipando filios. quia tunc non intelligeretur grauatus reſtituere hæreditatem filiis, quam per ſeipſum acquirit pro ut Bar. in l.ſi legatum.ff.de cond. & demonſt. Iaſ.in d.l.quamuis. nu.3. uerſi.i. limita.

4 Fallit 4. quando filii fuiſſent inſtituti patris contemplatione, quia eo caſu perinde eſſet. ac ſi pater fuiſſet hæres inſtitutus & grauatus. ut per ſecundum Iaſ.in d.l.quanuis. nu.3.uerſi.2. limit.C. de fideicom.

5 Fallit etiam, quando quis ingrederetur monaſterium fratrum Minorum, qui omnino ſunt incapaces. & teſtamentum debet illico ſortiri effectum. ſicut per mortem naturalem. Bar.& doct. in auct. ſi qua mulier. C.de ſacroſanct. eccle. & in tract. Minoric. in quarta parte, in uerbo iſti etiam hæredes. Alex. in l.ex facto.§.ex facto.ff. ad Trebel. & idem in conſi.13.col.ij. nu.1.uol.iij. & in conſi.139.n.4. uol.ij.& Cor.conſi.258.uol.iij.nu.10. cum multis aliis.

## REGVLA VIII.

Grauatus reſtituere hæreditatem alicui, poſt mortem
1 ſuam intelligitur ſi abſque liberis deceſſerit † tex. eſt in l. cum acutiſſimi. C.de fideico.& l.publicis.§.i.ff. de cond.& demonſt.Bal.ſing.in conſi.391.factum. nu.2. & 3.uol.ij.de iure noſtræ patriæ eſt l.M.conſi.1406.& 1413.29. Decẽb.

Amplia. ꝙ rogatus reſtituere hæreditatem alicui ſine aliqua præfinitione temporis. Intelligitur ſemper in tempore ſue mortis. ſecundum Dyn.in l.epiſtolam.§.mulier.ff. ad Trebell.& in l.filios. iuncta glo.ff. de uſuf.legat. & fuit

ſing. Roma.nu.502. & l.uxorem.§. ſeuola.ff.de l.iij.de con
ſi.Roma.ſing.431.
2 Amplia. etiam ut grauatus reſtituere hæreditatem per
fideicom. uniuerſale ſuo debitori ſuccedit, & hæredita
ex Trebelliano reſtituta: quòd utilis actio hæredi reſulc
tatur, quidam tenebant; ſed ueritas eſt in contrarium, qu
actio confunditur, nec datur primæua actio, ſed uti pot
rit retentione d. bonorum, ſecundum Dyn. per glo. ordi
nariã in l.fin.§.in computatione.C. de iur. deliber. Ita Bal.
in conſi.421. nu.2. uol.15.
Amplia. grauamen appoſitum hæredi ſcripto, non uide
3 tur iniunctum † hæredi hæredis: ut in auct.de reſtit. fidei
com §.manifeſtum. & l.qui liberis.§.hæc uerba.ff.de uulg
ſubſt.& Bal. in conſi.272. nu.5. in fine uol.5.
Vide ad hanc materiam Iaſ.in l. Generaliter.§. cum au
4 tẽ.C.de inſt. & ſub.qui ponit ibi octo† extentiones & a
fallentias. ultra duas alias poſitas per Sonc.in R. & l.
ſuib. quas not.
Vltra prædictas. Grauatus reſtituere Meuio hæredi
5 tem & eius hęredibus Maſculis † non tenetur reſtituere
potibus, ex filia, quia teſtator intellexit de maſculis &
uoluit excludere fœminas. & per conſequens extrane
hæredes, quæ opinio pro ut refert Dec.in conſi.239.nu.
6 eſt communis, & huiuſce opinionis † fuit d. Alex.in con
105. proſpectis. col.ij.nu. .uol.i. Caſtren. conſi.95. p
ponitur. uol.
Fallit etiam quando filii ſunt poſiti in conditione, qu
eo tunc conditio impleri debet in forma ſpecifica& na
turali l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.ut ſup.non u
niant adoptiui. Ratio quia appellatione filiorum in con
tione poſitorum non ueniunt adoptiui. qui tamen large
quendo filii dicuntur. ut l.filio quem pater.ff.de lib.& p
ſthu. & minus filii naturales: qui uere & proprie filii n
ſunt. l.filium.ff.de his qui ſunt ſui, uel alien.iur. Ita Ang
in l. generaliter §.cum autem.C.de inſtit.& ſubſtit.& lic
naturales ſint filii naturæ. attamen attenta diſpoſitione
gis, filius proprie non eſt, niſi ſeruata forma, de qua in d.
filium, quòd tu tamen cogita.

Fall-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fallit etiam in legitimatis, nam ſi hæres inſtitutus eſſet grauatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine filiis legitimis & naturalibus decederet. An ſi ipſe decederet cum filio legitimo, an excluderet ſubſtitutum. tu tene, quòd non. ſecundum Io.Cal.conſi.1.nu.2. qui filii ſint legit. hoc idem Bal.in l.Lucius La.ii.ff.de hæredi.inſtit. & ibi Imola.idem Bal.in l. ſi ita quis.§. is cuiuſ. 51. & ibi Imol.& Caſt.ff. de leg.ij. & Bal.in l.ſi quis poſth. in princ.ff.de lib.& poſthu. Bath.conſi.241. in prin.& conſi.74.nu.2.

Fallit etiam in aliis. caſibus particulariter annotatis per Felin.in c.in præſentia. nu.21. de probat. & ibi ſecundum Ol.& Deci.nu.108. uſque 117. quos tu nota & obſerua.& ſi uis ſcire ſtude.

## REGVLA IX.

1 Genitiuus proprie ſemper dominium rei importat † ita m.in l. ſi domus.§. fin.ff.de leg. primo gloſ.not.in c.i.in uerſ.terram propriam. de poſt. prælat. & doct. omnes in rubrica.ff.de oper.no.nunc Aret.in procem. inſtit.nu.7.An ge.conſi.261.Thema. col.ii. Card. conſi.30. in hac dubia quæſt.col.penul. Abb.conſi.83.unde primo.in primo uerſi. uidetur cum uerba ſtatuti. Bar.in conſi.30. Alex.conſi.35. nu.14.uol.4. Cor. conſi.21. col.i.uol.i. & conſi.304.l.l.nu. 12.uol.iii.Deci.in c.ad hæc in beato.nu.60. de poſtu. prælator. Rom. in conſi.180.incip.ſi admittimus totum in fine nu.2. & l.ii.§.locum alterius.ff.de relig.& ſump.fun.

Amplia.quòd genitiuus interdum denotat poſſeſſionem rei.ut Roma.in d.conſi.180.nu.2.& Alex.in l.ii.C.ut nemo priuat.titul. etiam ſi poſſeſſio eſſet iniuſta. Ita Iaſ.in rubrica de op.no.nu. poſt.nu.5.ibi additio adde.

3 Amplia. quòd interdum denotat detentationem. ut in c. pro illorum de præbendis. & Roma. in d. conſi.180.nu.2.

4 Amplia. quòd genitiuus interdum importat. adminiſtrationem.ut in c. pro illorum. cum gloſ.i. ibi eccleſiarum ſuarum. de præben.& Abb.in c.quia uero in uerſi.eccleſiarum clerici, & ibi Abb.in iii.not.de iudic. Iaſ.in d.rubr.de oper.no.nunc.num.4. ample. Cor. conſi.304.col.6. uerſi.

& inſuper. num. 50. uol.3.

4 Amplia. ꝙ genitiuus aliquando denotat iuriſdictionem, ut in c.i.in uerſi regi. & ibi Abb. in 5.col.de poſt.prælatorum. & Gemi.in c.i.§.fi.in ult. col.de uſur.in 6.

5 Amplia.ꝙ genitiuus intelligitur etiam ratione uſufru. ut puta ſi interdicantur terræ alicuius ciuitatis. Intelligantur etiam interdictæ terræ in quibus d.habet uſumfructum; cum appellatione Dominij uſufructuarius continetur. ut l.oſſa.§.peuult.ff.de relig. & ſumpt. fun. & l.ij. poſt princi.ff. eod.tit.

6 Amplia. etiam ꝙ genitiuus cum dict.ex. ſignificat originem, utputa ſi teſtator ſubſtituat proximiores ex prole uel de linea fratris. Veniunt omnes deſcendentes ex linea fratris; non autem collaterales ex fratre. Ita Bal. in conſ. 321. in primo uol.Iaſ.in d.rubrica de oper.no.nu.n.5.quod optime not.

1 Fallit hæc regula, quando ex communi uſu loci † aliter apparet. & iſta eſt communis doct. concluſio. firmata per ſcribentes in rubrita de oper. no.nunc.ff. ꝙ ibi d. Carol. Ruini. circa ij.not. Afflict. deciſ.239.nu.5. Alex. conſ.8. col.i.uol.ij.Felin.in c.i.nu.4. de ſumma trinit. ubi diſputat, an doctor poſſit per ſubſtitutum legere, non obſtante ꝙ ſit electa induſtria perſonæ. & concludendo ſe reſoluit ꝙ ſi in loco in quo legitur ex communi uſu apparet. quod ita ex uſu toleratur. ꝙ doctor poſſit per ſubſtitutum ſeruire. hoc admittitur. Bar.tangit in d.rubrica, & in l.nemo. ff.de duob.reis. Io.And.in rubrica, qui per alium. De regul.iur. in 6.

2 Fallit etiam in benefidei † poſſeſſore & omni perſona cuius intereſt.ut l.ſi quis ſeruo.C. de furt.& l.fin.C.unde ui. & in l.inter eos.§.recte.ff.de fur. ubi dicitur, quòd furtum eſt contractatio rei alienæ inuito domino. nam uerbum rei alienæ importat dominium, & tamen actio furti datur omnibus. & non tantum dominis. ſed etiam ei, cuius intereſt cum l.præcedenti & l.ſequenti.ff.de furt. & ſic unde dicendum quòd ubicunque l.dat domino actionem, ratio interesſe implicite, uel explicite, quòd non ſolum do-

mino

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mino competat. ſed cuicunque etiam cuius intereſt. licet dominus non ſit. ut probatur. in l.i.in princ.iuncto.§. non ſolum.ff de arbor.cedend.hoc idem Rui.in d.rubrica nu.8. & 9.ff.de oper.no.nunc.

## REGVLA X.

1 Hæres non conficiens inuentarium bonorum † defun-
ctibolosam incurrit ſuſpicionem furti rerum hæreditaria-
rum, ita iure communi præſumente ut in auct.de hæred.&
falcid.§.ſancimus, ſicut etiam tutor incidit in ſuſpitionem
furti rerum hæreditariarum pupilli. ſi inuentarium non
conficiat. ſtante hac uehementi præſumptione. poteſt tu-
2 tor. ſi res hæreditatis non reperiatur † torturæ ſubici.cum
contra ſe habeat liquidiſſimam præſumptionem. Imo pro-
bationem ſecundum Rom. in conſi.118. quo ad primum
nu.3. hæres infra tẽpus trium menſium conficiendi inuen-
tarium. non poteſt conueniri, niſi in quibuſdam caſibus de
quibus per Bar. Bal. Ang. Cor. Iaſ. Alex. Caſt. & Saly. in
l. ſancimus.§.donec.C.de iur. delib. & ſecundum iura pa-
3 triæ noſtræ tenetur in ſpecie in d.100.† probat in c.2. cor-
rect. Grimani Ducis; quæ iura loquuntur de commiſſariis
teſtatorum, quæ not.
4 Hæc regula ex mente Soc. habet † fallentias 21. quas
omnino conſpice. & not.gloſ. in c. in litteris, in uer. fa-
cultates de rapto. Fede. de ſent. conſi.21. & Ancha. conſi.
ccccii.nu.1.ubi tenet quòd hæres non conficiens inuen-
5 tarium † de iure cano non tenet ultra uires facultatis ad
reſtituendum uſuras extortas per defunctum. 14.q.6.c. ſi
res. & in c. cum tu manifeſtos de uſur. & in c. quanquam
de uſur. in 6.

## REGVLA XI.

1 Hæredis appellatione etiam extraneus hæres compre-
henditur. ut l. in conuentionibus l. ſciendum.& l. hæredis appellatio.ff.de uerb.ſignifi. hanc opinionem tenuit Rom. in ſing.456. Anch.in conſi.393.uiſa per totum. Alciat.in l.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4.§.cato.col.fin.ff.de uerb.oblig.diſtinguit Auguſtinus Bero in c. in præſentia . nu.473. de probat. etiam diſtinguit quos nota. Bal not. in conſi.114. quædam moniales. nu.4.
2 uol.i.ubi tenet quòd etiam extranei ueniunt † per l.uim ueritatis.C. locat. per l. fin.C. de hæredib.inſt. & l.ſi pactum.ff.de probat. & in conſi.283.nu.2.uol.ii.Deci.in conſi.295.nu.1.2. & 4. tenet, ꝙ in materia indiferenti appel-
3 lat.† hæredũ , etiam extranei hæredes comprehenduntur Alex. conſi.9.nu. uol.ij.Imol.in conſi.21. Caſt.conſi.191. Soc.conſi.257.col.4. & conſi.261. col.fin. Ang.conſi.305. & Cuma.conſi.125. Guido Pap.deci.230. inheret opinioni. d.deci.in materia indifferenti, ꝙ etiam extranei hære-
4 des ueniant . quod not. & uide Tiraquel. in tit. de retract. conuentionali.§.i. nu.20.21.& 22. ubi latiſſime loquitur etiam in iis quæ ſunt ſtrici iuris.
5 Fallit hæc regula in quibuſdam caſibus ſpecialibus qui ratione quædam priuata ac ſpeciali non tranſeunt ad hæredes niſi de eis ſpecialibus fiat mentio , ut puta in uſufructu, ut per Bar.Bal.& alios, in l.Gallus.§.etiam col.ii.uerſi. quæro iſtis caſibus. de lib. & poſth. Bal.in l.ult.col.ij.in ſ. oppoſit.C.de hæred. inſtit.Ang.conſi.ij. præmitto in prin. Alex.in l.ex fato.§. ſi quis ita uerſi. puto etiam uerum ad Trebellia.
6 Fallit etiam quando prohibitio alienandi facta eſt hæredi, ut non tranſeat ad hæredem hæredis, ſecundum opin. Bal.in conſi.272.nu.5 uol.5 in fine. ut l. qui liberis.§. hæc uerba.ff.de uulg.ſubſt. uel quando in diſpoſitione ſunt appoſita uerba demonſtrantia perſonam ut hæredes mei, uel ipſi hæredes, quia eos non egreditur . Iſta fuit opin. Bal. conſi.304.uol.5. & ita Iaſ. in.§.diui 2.lect.ff.de leg.primo. & Franc.Ripa nu.3.& Iaſ.146.d.§.diui.ubi prohibitio facta filiis.non ſe extendit ad nepotes . quòd not.
7 Fallit etiam, in caſu ſtatuti noſtræ patriæ , ubi appellat. hæredum in immobilibus urbis noſtræ. ſolum maſculi,tantum comprehenduutur. cum agitur de hæreditate . uel legato patris ; ſed cum de hæreditate . uel legato extranei hæredum appellatione tam maſculi , quam fœminæ continẽtur.ut in c.55.uerſi.ſi cum uero.lib.6.ſtatutorũ noſtrorũ.

Fallit

Fallit etiam in materia feudali † quia appellatione hære
dum intelligitur de deſcendentibus maſculis . ut c.i.§.pe-
nult.de lege Corradi. Corn. conſi.16. col.ij.f.uol.i. & hoc
attenta natura feudi.Bal.conſi.330.nu.1.uol.iij.

Fallit etiam quando prohibitio eſt facta nominatim de
9 hærede: ſeu reſiduario ſupraſcripto , uel infraſcripto† quia
eo caſu non ſe extendit ad hæredem hæredis.l.qui liberis
§.hæc uerba.ff.de uulg.& pupp.quia prohibitio facta hæ-
10 redi intelligitur. de primo. & non de aliis † qui non ſunt
ſcripti in teſtamento . ita Crot. col.35.§. diui.l.filiifam.ff.
de legat.primo.

Fallit etiam quando prohibitio eſſet facta hæredi ſuo &
11 omnibus ſuis hæredibus, uel deſcendentibus ſuis† quia eo
caſu prohibitio non ſe extenderet ultra quartum gradum,
prout elegantur conſuluit. Alex. in conſi.56.nu.1.uol.i.&
Imol.in c.indicante.col.7.uerſi.4.quærit de teſta. & Deci.
conſi.479.nu.2. & idem in l.fin.in fine.C. de impub.& aliis
ſubſt.& Steph.Bert.in conſi.256. multa ſunt.col.i.uol.ij.

## REGVLA XII.

1 Honor & uita equiperantur l.iuſta cauſa.ff. de manu.uin
dict.ibi qui honore proprio obmiſſo propter compendium
& ſicut honeſtum eſt defendere uitam propriam . ita & ho
norem gloſ.eſt ſing.in.§. ſuſpectus autē in uerſi.ob culpam
inſt.de ſuſp. tut. Petr. Girard. ſing. 82.nu.7. Marc.non eſt
profecta ſine honore. cap.6.Matth.13.c. Mala. ubi eſt ho-
nor meus, & ibi percuſſit eum Angelus . eo quod non de-
2 diſſet honorem † Deo ; actu cap.12. Gramma.d.98. nu.3.
3 dicit, quòd honor cunctis rebus eſt præponendus: † & in
tantum habendi ſunt precio honor & honeſtas. ut pari paſ-
ſu cum uita ambulare dignoſcatur , & Matth.c.21. ubi Ie-
ſus cum introiſſet in templum eiecit honoris cauſa, omnes
ementes & uendentes, quoniam domus Dei nihil præpo-
ſterum, inhoneſtum, tumultuarium aut profanum habere
4 debet 24.ſeſſio.c.i.in prin.& d.deci. in c.licet cauſam† nu.
14.de probat. ubi all.archi. co.ii.l.iii. qui ponit diffinitio-
nem honoris & multa ponit de honor. & Iaſ.in l.placet.C.
de

de ſacroſanct.eccl. l.i.nu.2.& in l.ii.nu.3. ubi dicit ꝙ honor
5 eſt adminiſtratio † rei pub. cum dignitatis gradu, & dicit
tex.in c. nollo.xii.q.ij. ꝙ is crudelis eſt qui famam ſuam
6 ſpernit † Grammat.conſi.19.nu.31.ratio uidetur, quia ho-
7 nor & fama non poteſt per iudicem reparari † tex. in &
in l.Iulianus. ibi qui honore proprio obmiſſo pp compen-
dium.ff.ſi omiſſ. cauſa teſta. Pet. Calaph. conſi.88. in cri-
min.uol.ij.nu.16. Cepo.conſi.41.nu.8.ubi tenet & dicit
honor non debet eſſe hominibus minus carus, quam uita
propria.all.d.l.Iulianus & honores. ſecundum Bal. Grada-
tim ſunt adipiſcendi. ut l. quæ utiliter. nu.2.ff. de negot.
geſt.licet hodiernis temporibus, maximus honor in hoc
8 mortali † ſæculo conſiſtat in diuitiis habendis,& diminutis
facultatibus, honor pariter diminuitur. Ita Aret.in.§.hoc
quoque inſt. per quas pers.nob. acqui. ut Iuuenalis ſat.
ibi. O nummi uobis hunc præſtat honorem: uos eſtis fra-
9 tres, & ab effectu † id clare dignoſcitur, quia homines ſi
pauperes fiunt paruum uel nihil reputantur, prout expe-
rientia docet, & ob id honor uirtutis eſt præmium & nullo
10 modo indignis tribui non debet. ſed uirtuoſis † & Epiſco-
pus non ſuum, ſed eccleſiæ honorem ſemper appetere de-
bet, ut 99. diſtinct.c. Ecce.

## REGVLÆ XIII.

1 Immobilia ſoluto matrimonio per mortem uiri illico
reſtitui debent uxori, Mobilia uero poſt annum, ſi uir ea
uiuente fundos, uel prædia uendiderit, & illorum loco mo-
bilia emerit. An hæredes ſtatim reſtituere teneantur. Ra-
tio dubitandi uidetur, eo quia ſubrogatum ſapit naturam
2 illius, in cuius locum ſubrogat. † ut l.eum [illegible].§. qui iniu-
riarum ff. ſi quis caut. & l.i.§. hæc actio.ff. ſi quis teſt. lib.
Tu tamen tene quòd illico hæredes reſtituere tenentur
per tex. in l cum in fundo.§. ſi fundus.ff.de iur.dot. & eſt
ſing. Rom.228.incip. Tu habes, in fine. Licet quidam te-
neant. quòd ſubrogatum ſapiat naturam ſubrogati, ut in
3 empt. ex pecunia patrimoniali etiam ea ſit † patrimonia-
lis.ut bened.in rep.c. Raynutius nu.791.de teſtam. & ho.
idem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem uoluit Bal.conſi.112. quæritur. col.ii.nu.5. uol.i.all. tex.in l.Imperator.§.ſi cum l.ſeq.ff.de leg.ii.& l.&ſi & rem ff.de pet.hæred. & ſimiliter res empta ex pecunia fenebri. fenebris quoque reputari poteſt, ſecundum Hoſti.in tit. de uſuris.§.ult.col.4.uerſi. quod ſi uſurarius in ſua ſumma, hoc idem uoluit Bal. in l.ea demũ. C.de collat. & ibi Cyn. Alber.& Deci. ubi dicunt † quòd pecunia redacta ex uenditione rei immobilis. inter mobilia eſt connumeranda, necnon empta ex pecunia dotali dotalis eſt. ut l. ex pecu-
6 nia C.de iur.dot. nec etiam res empta † ex pecunia pigno ratitia pignoratitia dicatur.l.idemque.§.ult.ff. qui po. in pign.hab. nec etiam res empta ex pecunia eccleſiæ. eccleſiaſtica dicitur † lap.all.72. in quæſtione, & minus res empta ex pecunia communi communis eſt, Bal.& Saly.in l.c. ex aliena, ſi quis alteri, uel ſibi l. ſi unus.§. ſi unus.ff.pro ſoc.& l.ſi quis ſocietatem.& l.ſed & ſi ſocius.ff.pro ſocio. & ſimiliter precium ex rei furtiua redactum non cenſetur furtiuum. ex quo precium nunquam ſuccedit loco rei. In iuditiis ſingularibus † ſecus uero. in iuditiis uniuerſalibus; ita Bal. in l. Mater.C. de rei uendica. Idem Bal. conſi.53. circa medium nu.2 .uol.i. & conſi.112.ſup. & Bar.in conſi. 134.Alber.in l. qui cum tutoribus. num.4.ff. de tranſact.

## REGVLA IIII.

Impenſæ neceſſariæ factæ in fundo dotali, ſoluto matrimonio per mortem uiri nunquid minuant dotem & an illius hæres poſſit repetere illas expenſas factas, tu tene, quod ſic per tex.in l.unica.§.ſed nec ob impenſas. C. de rei ux. act.& in l.quòd dicitur, & ibi per Bar.ff. de Imp. in reb. doſt. facti, & l.impenſæ.ff.de uerb.ſigni.& uide Ang.Aret. in §.certe, illud in nu.2.inſt.de rerum diuiſ. qui diſtinguit circa impenſas factas ad perpetuam rei utilitatem in fundo dotali, an † ſint neceſſariæ. utiles uel uoluntariæ, quòd dic ut ibi per eum & not. afflict. deciſ.359. per totam Roma. ſing.177. nu.1.

Amplia.ut malefidei poſſeſſor etiam illas deducat ſecundum Saly. & Cyn.in l.domum. C.de rei uen.Alber.in.§.im-

pendia

pendia. l.diuortio.ff.ſol. mat. & Late Boc.q.44.nu.7.

1 Fallit hæc regula; niſi in contractu dotis aliter actum eſ- ſet inter contrahentes, quia eo caſu pacta & conuentio[nes] omnino ſunt obſeruandæ. ut l.i.ff.de pact.Bar.in l. ſi cre- tor.§.fi.ff.de diſtra.pignor. Guido papa dec.566.num.4 Boe.q 208.nu.1.

2 Fallit etiam,quando in contractu dotis nihil eſſet actu[m] de expenſis ratio, quia caſus omiſſus in contractu reman[et] in diſpoſitione iure communis, ſecundum Bar. & doct.in l. ſi cum dotem in princ.ff.ſolut. matr. quas fallentias pon[it] Deci.conſi.232.nu.7.uerſi. cogitando.

3 Fallit etiam quando fundus dotalis eſſet communis in- ter uirum & uxorem, quia ſi expenſæ neceſſariæ eſſent fa- ctæ per uirum in dicto fundo, mulier uel illius hæres tene- retur ad refectionem pro ſua quota. ita Ang. conſi.249.& Iaſ in l.diuortio.§.impenſa.nu.4.ff.ſol.matr.

4 Fallit etiam quando tractatur de expenſis factis gratia fructuum quærendorum colligendorum & conſeruando- rum, quia tam benefidei, quam malefidei poſſeſſor dedu- cit. ſecundum Flor.in l.ſi a domino.§.fi.ff. de pet.hæredit. & l.fundus qui in fine.ff.famil.Herſciſc. & Iaſ. in l.diuor- tio.§.impendia.ff.ſol.matr.latiſſime. Boe.q.44 nu.2.& doc. in l.fructus.ff.de rei uendicant. & Caſt. conſi.270.in no.& Bal. conſi.182. colu.ij. num.5. uol.i. uerſi. expenſæ autem pertinentes.

5 De aliis autem expenſis factis in ducenda uxore, in li- bris in doctoratu emptis, in ſtudio, & aliis cauſis parti- cularibus, uide Bal.conſi.21.nu.1.in uol.i.& conſi.101.nu. 1.uol. primo.

## REGVLA XV.

Incarceratus debitor. ex debito ciuili, pro una cauſa, 1 uel ad tempus. † An poſſit ad inſtantiam eiuſdem, uel alte- rius creditoris ſequeſtrari, uel recomendari, Bar. in l.ſi[c] eximendi.ff.ne quis eum qui in ius. Bal.in auct. & qui.nu. 13. Idem in l.legata inutiliter parum poſt princip.ff.de le- ga-

gat.primo. & Bar. in l.ii.ff. de cuſt. reor. & idem Bal.in l. quique in prin.ff.de in ius uoc.tenent intrepide, quòd ſic. hoc idem tenet Bal.in tract. de carceribus.§. reſtat modo in princ.

1 Amplia.† iſtam regulam, ut etiam debitor captus in domo propria pro debito fiſcali. & incarceratus , in carcere publico poterit etiam pro debito priuato recommendari. ſecundum Bar.in l.cum eo.ff.ad l.Iuliam peculat.hoc idem Bal.in d.tractatu de carcerib.§.reſtat modo. nu.3 .all.tex.in quoties.C. de exact.tribut.l.xi.

1 Fallit primo , in carcerato in die ferriata † ex quo eo die recommendatio carcerati nullo modo fieri poteſt, ſecundum Bal.in d.auct. & qui. nu.13.C. de bonis auct. iud. poſſid.& in d.l.legata.ff.de legat.i.ubi dicit, quòd ſi captura principalis debitoris non ualet . Minus etiam ualet recommendatio, ubi etiam plus dicit, quòd ſi non ualet compromiſſum, & minus ualet prorogatio. Bar.in l.cum unus. ff.de bo.auct.iud. poſſid.ꝙ tu nota.

2 Fallit etiam in carceratis pro criminibus, quia nullo modo poſſunt recommendari , nec intromitti pro aliis exceſſibus , ex lege Senatus 1514. & minus pro debito ciuili uigore alicuius ſententiæ ſecundum Bar.in l.iij.ff. de cuſtod. reorum, licet alias ex lege 1512. carceratus pro uno delicto poterat, etiam pro aliis criminibus intromitti & placitari quæ lex hodie eſt abrogata & correta per d.l. 1514. quamuis proclamati ex aliquo caſu. ſi ſe præſentatã in carceribus obtinent fidantiam. uel ſaluumconductum,quo mediante nullo modo moleſtari poſſunt. pro aliis exceſſibus , uel criminibus , quia forma ſaluiconductus ſibi obſeruari debet , pro ut in dies praticatur , & hoc uigore prædictæ legis 1514. quòd tu not.

3 Fallit etiam in caſu quando quis eſt conductus debitor in caſono de frezaria, qui ibidem non poteſt uigore alicuius ſententiæ intromitti, uel recommendari. ex quo locus ille non eſt locus publicus, & nullus poteſt incarcerari, niſi in locis publicis, & in locis communiter deputatis. ſecundũ

cundũ

cundum Bal. in d.tract.de carceribus in §.reſtat modo nu. 4.uerſi. reſtat uidere quòd not. niſi debitor ſe contentaret & promitteret ſtare in eo loco ſecundum Innoc.in c.ex literis, uel reſcripto. de iure iurand.

## REGVLA XVI.

1 Inſtantia cauſæ incipit contradictione & litis conteſtatione tex. eſt in l. properandum.ff.de iudit. per gloſ.in c.1. de elect.in 6.& clem. ſæpe de uerb.ſign. Bal.not.in conſi. 226.in prin.quanquam uol.iij.& ſententia lata per iud.poſt peremptã inſtantiam eſt ipſo iure nulla, & nullum habet effectum ſecundum Alex. conſi.136. nu.1.uol.ij. & conſi. 166. num.1. uol.6. Bar.in d.l. properandum in princ.& ibi doc.de iud.Paris de Puth.in uer.inſtãtia.in tract.ſyndicat.

1 Amplia. regulã procedere in cauſis executiuis,& inſtrumentis in quibus eſt executio parata. ſecundum Rom.in conſi.174. in princ.Soc.conſi.95.nol.i. Felin.in c. uenerabilis in fin.de iudit.

2 Amplia. etiam ut d.regula locum habeat non ſolum coram ordinario iudice. ſed etiam coram delegato. ut Iaſ.in d.lege properandum ibi. ſed omnes iudices nu.13.

3 Amplia. procedere etiam coram iudice arbitro: nam coram arbitro perit inſtantia triennio. quando per partes fuit nullum tempus appoſitum in compromiſſo. ita ſpec. in tit.de arbit.§. differt col.fin. uer. item Iaſ. in d.l. properandum. nu.13. & 14.

4 Amplia. ut etiam procedat ſi unus ex litigatoribus moriatur pendente lite, quia inſtantia non extinguitur, ſed continuatur uſque ad metam triennii. in hæredem tex. in l. hæres abſens & l.petitor & l. is qui Romæ.ff.de iudit. & in c.quia Gu.& ibi Abb.Felin.& Soci.de iudit.

5 Amplia.quia de iure cano. inſtantia non perit triennio, ita doct.in d.l.properandum.c. de iudit. & ibi Iaſ.num.22. Rom. conſi. 220. nu.11. & 12. immo eſt perpetua. ratio quia a quocunque actu poteſt appellari, & cano. in c. uenerabilis, & c.fi.de iud.Alex.conſi.23.nu.2.uol.iij.

Amplia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amplia. non procedere d.reg. quando clariſſimi d.Audit ſent. ſcribunt d. Rectoribus de extra. ut non obſtante peremptione. Inſtantiæ cauſam uertenté. Iter ſemp.& 7. audiant ſer. ſeruandis; ius & iuſtitiam adminiſtrent.& hoc ex ſtillo. & conſuetudine officii. hactenus obſeruata per ipſos clariſſimos d. Aud nouos ut in notis officii clare uideri & conſpici poteſt. ꝙ not. perpetuo.

1 Fallit iſta regula quando inſtantia eſt abbreuiata ex for[ma] conſtituti, quia tunc decurſo tempore a ſtatuto limitato [ill]ico, perempta eſt inſtantia, & non poteſt iudex in cauſa [ul]la procedere. ſecundum Bal. in d.l. properandum. col. ij.C. de iudit.& ibi Alex. & in conſi.42. nu.3.uol.iij. Bal. in auth.clericus. col.ij. uerſi. deinde quæritur. C. de epiſcopis & cler.

2 Fallit etiam in cauſis fiſcalibus, quia nunquam perit inſtantia & durat ultra triennium, ex quo agitur de tributis & factionibus publicis. ſecundum l.properandum in prin. ibi exceptis. C.de iudit. & d.cap. uenerabilis. col.iiij. de iudit. & ibi Abb. & can.

3 Fallit etiam in cauſis eccleſiarum, quia etiam ſi agatur lis coram iudice ſæculari nunquam perit inſtantia, ita tenet Abb.in 5.col.d.c.uenerab.adde deci.210.conſt.Neap. nu.1. in fine.

4 Fallit etiam quando eſſet litigatum ſuper emergentibus ante lité conteſtatam: ſuper legitimatione perſonarum in iuditio contendentium, quia tunc nunquam perit inſtantia ſecundum Bal.in l.poſt edictum.§.penult. in fine ff. de iud.Iaſ. in d.l. properandum nu.6.

5 Fallit in cauſa, quæ debet Principi conſultari, quia donec expetatur reſponſio a principe, interim non currit inſtantia in dicta cauſa. Iſta fuit opinio d. Lucæ de Penna. in l.ij.col.8.C. de nauf.l.xi. & affl. in conſti. hac l.iij nota. quæ not.

6 Fallit etiam quando per iudicem fuit facta inhibitio, quia pro tempore quo durat inhibitio nullo modo currit inſtantia, & ſic poſt triennium poteſt ferri ſententia. ita Abb.in d.c.uenerab.col.4.in fin.uerſi.ex hoc arguo:de iu-

 dit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dit.& uidetur tex. in l. intra utile.ff. de minor.

7 Fallit in cauſis criminalibus in quibus inſtantia durat biennio, ut doct. omnes in d.l. properandum in princ. de iudit. & Ang. in auct. ut cle. apud pro epiſcopos.§. ſi tamen de crim. in fine.

8 Fallit etiam quando partes repeterent acta de communi conſenſu prorigendo libellum, litem conteſtando terminos recipiendo, quia per talem reproductionem inſtantia renouatur. ita tenet Bar. & Alex. in d.l. properandum 4.col. circa fin. & Bal. in l. mutari.ff. de procurat. idem Felin. in d.c. uenerabilis col.5.uerſi.4.declaratio, nu.12 Soc. conſi31. col.5. in princ. in primo uol.

## REGVLA XVII.

Inſtrumenta poſt concluſionem in cauſa produci non
1 poſſunt † tex. eſt in c. cum dilectus. de fide inſtrument. & ibi doct. cano. Bar. in l. ſi mater.§. eam rem. ad fin.ff. de exept. rei iudicat.

1 Amplia. regul. ut locum habeat coram arbitro, uel arbitratore ſecundum Roma. in l.i. ff. de arbit.

2 Amplia.2. etiam ſi producantur non ſolum ad probandum, ſed etiam ad declarandum priores probationes iam factas, ſecundum eundem Roma. in l. admonendi.ff. de iure iuran. & uide Felin. in c. licet cauſam. in x. limita. extra de probat.

3 Amplia. quoque etiam ſi illico lata ſententia, quis uellet producere ſecundum Bal. in c. cum dilectus, de fide inſtru. quæ ampliatio mihi non ſatisfacit, ratio quia quæ incontinenti fiunt uidetur ineſſe .l. thais.§. inter cætera ff. de fideicom. libert. pro ut dicitur de ſententia arbitraria lata, quæ incontinenti mutari & declarari poteſt. pro ut infra late dicam, quòd tu cogita.

4 Amplia. 4. etiam ſi ſit talis probatio facti, quæ poſt ſententiam opponi poſſit. pro ut eſt. exceptio falſitatis, quæ etiam laudata ſententia opponi omnino poteſt. pro ut quotidie in foro urbis noſtræ praticatur. licet cardi. alter

ſen-

ſentiat pro ut in c. licet cauſam in penult. quæſt. de probationibus.

1 Fallit quando iudex procedit ex officio. ſi & quatenus uiderit expedire per tex. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Abb. in c. cum clamor de teſt. Antonius de Bu. in c. auditis de procurat. Roma. in l. i. ff. de arbit. Bal. in l. i. circa fin. C. ſententia reſcind. no. poſſeſſ. & Roma. conſi. 175. iſte ſunt ad fin. deci. Rotæ. in 5. deci. informis incip. ſi poſt concluſionem ſpeculat. in tit. de renunc. & conclu. §. i. uerſi. & ſcias quòd &c.

2 Fallit quando in cauſa uertitur periculum animæ, quia tunc poteſt iudex ex officio recipere probationes etiam poſt concluſum in cauſa, qui concluſio in cauſa non ligat iudicem ſecundum Card. in conſi. 74. Titius nunc 18. an. Hoſt. & Io. And. in c. ad petitionem. de cauſa poſſeſſ. & propriet. deci. Rothæ 5. in nou. Bal. in l. cum propria in fin. C. ſi quis alteri. uel ſibi Io. And. in c. i. de iura. calumniæ in vi. ubi dicit, quod iudex poſt concluſionem in cauſa poteſt præſtare iuramentum calumnie ſi ſibi uidebitur. quod tu ſubtilis cogita.

3 Fallit in cauſis criminalibus, ita Abb. in c. cum dilectus de fide inſtru. Bar. in l. diui fratres. ff. de pen. & in l. i. §. ſi quis ultimo. ff. de quæſtio. & ibi Bal. in l. i. uerſi. quarto quærit. C. de cond. indebit. Roma. in l. i. ff. de arbit. ex quo in cauſis criminalibus non fit concluſio, in cauſa. ſed de innocentia rei poteſt ſemper deduci uſq; ad ſententiam. Bal. in auct. iubemus in ult. col. de iudic. C. Rota deci. 30. fuit dubitatum.

4 Fallit quando inſtrumentum recipitur poſt concluſionem in cauſa præſentibus partibus, & non contradicentibus, quia tunc ualet receptio, & tunc iudex recipiendo uidetur tacite reuocare concluſionem, in cauſa. Bal. in l. peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ. & card. in clement. ij. nu. 3. de teſtib.

5 Fallit in cauſa pupilli eccleſiæ uel miſerab. perſonarum qui eſſent inſtrumenta de nouo reperta, quia eo caſu etiã non obſtante ſententia interlocutoria inſtrumenta pro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

duci poſſunt. Inſtrumenta de nouo reperta. gloſ.not.in uerſi.negotio in l.Imperatores.ff. de re iudicat. & gloſ.in c.inter monaſterium de re iudicat. in uerſi. confirmatio ibi. Item iure minoris.

6 Fallit quando producuntur inſtrumenta de nouo fabricata poſt concluſionem . in cauſa, quia tunc produci po ſunt, Ita Roma.in l.admonendi.ff.de iure iurand. pro u dixit, in conſi.176. nu.9.allegand. tex. in l.i.§. unde quæritur.ff.de op.no.nunc.

7 Fallit etiam in cauſis ſummariis, pro ut not. gloſ. in uerſi. interrogauit in clement.ſæpe de uerb. ſignifi. idem Roma. in d.conſi.176. Rotha.deci.x. in antiquis. & deci. Rothæ inform. nu.30.rationibus, ibi adductis.

8 Fallit quando agitur de probanda excommunicatione, quæ utique probari poteſt, non obſtante concluſione in cauſa. ita ſpeculat.in tit. de renunc. & conel.§.i.uerſi. & ſcias. Abb.in c.exceptione,de except.& clem.unica cum gloſ. fin. de except. ſpec. in tit. de except.§. nunc uidendum.uerſi.porro uidendum. ex quo ſemper imminet periculum animæ. pro ut in ij.fal.ſupra allegata propter excommunicationem, quæ omnia tu ſubtilis cogita.

9 Fallit etiam quando immineret aliqua euidens cauſa, uel ratio propter quam admittenda eſſent inſtrumenta, quia eo tunc eorum productioni non obſtabit concluſio in cauſa, quando maxime pars ſe offeret iurare, ꝙ de nouo reperit d. inſtrumenta. Ita Roma. in d.l.i.ff. de arbit. bene ad noſtram. i iij. de iure iurando. Bal.in l.i.C quæ deſunt aduocat. Ant.de But.in c.dudum. il primo in 4.nota.de elect.ubi dicit exceptionem notoriam poſt concluſionem in cauſa ſuperuenientem poſſe opponi.ꝙ tu ſubtilis cogita & ſtude.

10 Fallit quando lata eſſet ſententia in prima inſtantia; & pars contra quam lata eſſet ſententia ſe appellaſſet, tunc in cauſa appellationis poterit producere omnia inſtrumenta per l.hanc.C.de tempo.appell.& idem tenet Abb. & Antonius in c. cum ueniſſent de teſtib. & card.in d.c. cum dilectus.

Fallit in allegationibus iuris & conſilia doctorum, quæ etiam

etiam poſt concluſionem in cauſa produci poſſunt . prout card. in conſi. 74. Roma. conſi. 175. in 5. col. Bal. in c. fin. in ult. col. de probat. licet in c. paſtoralis. Bald. de probat. aliter teneat.

11 Fallit quando per beneficium reſtitutionis in integrum ſubueniretur utputa eccleſiæ uel minori, ut probatur in c. Auditis de reſtit. in integr. Card. in conſi. 25. in cauſa Amareti. uel ſimili. ex clauſula . ſi quis mihi ex iuſta cauſa ut in c. intimauit. De teſtibus.

12 Fallit etiam quando ex ſtilo fori, non aliter fit concluſum cauſa, prout fit in hac magnifica ciuitate; per curias palat. in quibus mandato d. iudicum fit præceptum. q partes debeat deducere & producere quicquid uolunt in termino tridui. Aliter & cætera; quia lapſo termino nec in prima inſtãtia, nec in appellatione producere poſſunt, neque ad excellẽtiſſima conſilia: & ita ſeruatur ad curias noſtras, uſq; ad iſta tempora ex inueterata fori conſuetudine hactenus obſeruata.

## REGVLA XVIII.

1 Si incendium occurrit culpa inhabitantium; dubitatur, an incendiarius teneatur ad emendam damni ſequuti, ob hanc cauſam tu tene, ꝙ ſic. & ita iudicatũ fuit ſecũdum deciſ. Gramat. 3. nu. 18. per doct. ſing. corſet. in uerſi. forum conſcientiæ ſing. 5. quæ opinio eſt communis . licet Barba. aliter ſentiat. Ita Innoc. in c. ſicut dignum, de homicid. p. l. capitalium. §. incendiarii. ff. de penn. & facit. l. qui edes. ff. de incend. rui. & nauf. Saly. in l. quæ fortuitis. num. C. de pignor. act. Bal. in l. data opera. C. qui. acc. non poſ. Ang. in tract. malef. in uerſi. incendiario. in magna addit. nu. 1. Marſ. in l. i. nu. 113. ubi plura. ff. de ſicca. Et hoc

2 tene quando † incendiarius fuit in lata. leui: aut leuiſſima culpa. ſi uero in dolo. Tunc tenetur igne comburi, quia ignis multis mortem præparat. ut experientia docet quæ eſt rerum omnium magiſtra. & ita tenet Ang. per l. qui edes. ff. incend. rui. & naufac. Cõmuniter tenetur . ꝙ ignis proueniat culpa inhabitantium, & ad hoc neceſſe eſt pro-

bare culpam certæ ac determinatæ perſonæ, ut de incen-
3 dio † quis teneatur: & ideo quando incendium habuit ori-
ginem ab incerto authore, tunc non præſumitur culpa in-
habitantium, & ita tenuit Io. de Anna.conſi.71. uiſis, &
diligenter ponderatis. & ideo ſententia condemnatoria
4 ſequi non poteſt contra conductores † inhabitantes. In
Bal.etiam in conſi.441. nu.1.uol.i. & conſi.77. nu.4.in
parte uol.cum incendium poſſit in domo alicuius ex mul-
tis cauſis oriri, ſecundum opin. Bal.ideo eſt neceſſe pro-
bare immiſſionem ignis a certa & determinata perſona
5 †alioquin non probato facto, uel culpa certi hominis. Tūc
conductores & inhabitantes condemnari non poſſunt. iu-
ribus omnibus ſatis notis, per l.ſi uendita.ff.de per.& com
mod.rei uend.& per l.quæ fortuitis.C. de pignor. act.& l.
iij.ff.de off.præfect.uig.& ibi doct.mod.

6 Fallit de iure canonico, ex quo incendiarius eſt ipſo iu-
re excõmunicatus nec abſoluitur priuſquam ſatisfaciat, &
iuret nunquam talia facere, & nemo poteſt ipſum abſol-
uere niſi Papa, ut c.tua extra de ſententia excommun. &
habetur 23.q.8.c. ſi quis membrorum Arimin. in appoſ.
Ang.in uerſi.incendiario. in i.uerſi. adde tamen in hac ma-
teria.in tract Meri. & non abſoluitur niſi prius damnū il-
cui intulit reſartierit. ut in c. ſubſequen c.membrorum.
xxiij.q.8. ꝙ not.

7 Fallit etiam quando aliter & alio modo ex forma ſta-
tuti cautum reperitur. ſecundum communiter doct. pro
ut Boe.q. 26.nu.17.

## REGVLA XIX.

1 Iudex poteſt cogere partes litigantes† ad compromiſ-
ſum faciendum. ſecundum leg. fori noſtri anni 1555. 26.
Maij. maxime inter coniunctos & affines, præterquam in
multis caſibus, ibi notatis.

2 Amplia, ut etiam locum habeat, quando inter litigan-
tes oriri poſſet aliquod magnum ſcandalum; ex quo reſpu.
turbari poſſet, tunc iudex poſſet pro bono publico coge-
re par-

re partes ad compromiſ. faciendum pro ut late dixi in tra. meo de pace nu. 39. & 62. & Caſt. & Iaſ. l. quidam extimauerunt. ff. ſi cert. pet. nu. 4.

2 Amplia. iſtam regulam in 7. caſibus. & 18. limit. poſitis per d. Pet. Duenas in regula, n. 36. quas obſerua & reg. nu. 30. & Felin. late in rubrica de treuga, & pace. & Blanch. in ſuo tract. de comprom. neceſſa. & in alijs multis caſibus, de quibus late ſcripſi in tract. meo de priuilegiis pacis num. 125.

3 Amplia. ut iudex pro bono pacis poteſt compellere partes ad compromiſſum faciendum: & ad concordiam & pacem habendam. ut Abb. Felin. & Imol. in rubrica de treuga & pace, & non tam in hac ciuitate quã Paduæ ac ſtr. ex forma ſtatutorum & prouiſ. duc. lib. 2. cap. 57. incip. cum poteſtas.

1 Fallit in rebus perſcriptis, quia perſcriptio 30. uel 40. annorum præbet omnibus pleniſſimam ſecuritatem. ut l. ſicut. C. de præſcript. 30. uel 40. anno. affl. deciſ. 329. n. 2. & iſta exceptio perſcriptionis dicitur exceptio litis finitæ ſecundum Bar. in l. tranſacta. ff. de uerb. ſignifi. & l. fin. ff. pro ſuo & l. i. §. fin. ff. ad Tertul.

2 Fallit etiam in rebus iudicatis, nam res iudicata pro ueritate habetur. Alex. conſi. 22. nu. 2. uol. iij. & idem conſi. 155. col. 2. nu. 4. eodem uol. nam res iudicata habet præſumptionem iuris & de iure. ita affl. deciſ. 13. nu. 24. & do cto. in l. ſub ſpecie. C. de re iudicat. cum aliis.

3 Fallit in & ſuper rebus tranſactis, quia tranſactio eſt inducta ut ſit litium finis. ita cõmuniter doct. in l. ſi qs. cum aliter. ff. de uerb oblig. & l. fratris. C. de tranſact. Bal. in l. ordo. C. de exce. rei iudic. affl. deci. 220. nu 4.

4 Fallit in cauſis minorum ann. 15. & pupillorum, quia cauſæ pupillorum ſunt fauorabiles & cauſæ fiſcales a pari procedunt l. rempublicam. C. de iure reip. l xi. Guid. Papa q. 631. nu. 2. quia eccleſia minor & reſpublica equiperantur. l. fi. C. de ſac. ſanct. eccl. Inno. in c. i. de in integrum reſtit. & ibi Bal. Felin. & Abb.

5 Fallit in cauſis filiarum nobilium & aliorum habitantiũ

in hac ciuitate Venetiarum, quæ per formam c.25 4. libe
ſtatutu peterent cõſtitutionem ſuarum dotium. ratio quia
dotis cauſa ſemper & ubique præcipua eſt & fauorabilis.
ut l.i.ff. ſol.matr. & dos ſuccedit loco alimentorum, &
pari procedit, ac ſuccedit loco legitime, ita Afflict.deci.
110.nu.10.cum aliis infinitis.

6 Fallit in actibus ad legem: qui non recipiunt ſuſpenſio-
nem ex communi obſeruantia fori, & ex ritu palatij. ſed
debent diſcuti & diſputari coram iudicibus ordinariis pa-
latii, pro ut quotidie praticatur. ex ſtilo curiarum, qui
ſemper eſt obſeruandus; & uim legis habet ſecundum Af-
flict.deciſ.135. num 3. Cyn. & Bal. in l.i.C.quæ ſit long.
conſi. cum aliis.

7 Fallit in clamoribus urbis noſtræ; qui fundis & proprie-
tatibus adhærent, quorum edificatio, uel demolitio ui-
detur opus nouum continere, & aduerſus futura quæ non-
dum facta ſunt, ne ullo modo fiant, & dantur propinquis
& collateraneis & omnibus habentibus intereſſe, uel ius
in re ſtabili. & expediuntur per d.iudices. Curiæ propri.
pro ut in c.12. 13. 45. & 55. lib.3.ſtat.& in vi.

8 Fallit etiam in teſtamentis quæ eleuantur per uiam bre-
uiarii; quæ ex antiquiſſimo uſu patriæ noſtræ dictantur ad
curiam examinatorũ & infra anni tempora a die mortis te-
ſtatoris cõnumeranda eleuãtur, & examinatis teſtibus ac
ſequutis ſtridationibus in cõtrata loci defuncti d. iudices
dictæ curiæ accedunt ad excellentiſſimum conſilium de
40. c. 1. no. & ponunt partem de releuando, quorum iu-
ditio omnino ſtandum eſt, & ſic pro publico teſtamento
releuatur; de qua materia late dixi. in tract. meo de ordine
procedendi in iudiciis ſuper uerſi. breuiarium quod not.

9 Fallit in bonis cõditionatis, & ſubiectis perpetuo fidei
commiſſo, quoniam cauſæ teſtamentorum & ultimarum
uoluntatum defunctorum debent iudicari per iudices or-
dinarios ex lege ſenatus. Ita diſponente, quorum ſenten-
tiæ rattari & cenſurari debent, per excell. conſilia urbis
noſtræ, pro ut quotidie ſpeculatur.

10 Fallit etiam in contractibus chirographis, binis uel tri-
bus teſtibus ſubnotatis ac punctis inſtrumentorũ ex qui-

cunque

cunque cauſa loquentibus, quæ omnia ad curiam proprii ad legem ſententiãtur, ſi cauſa eſt inter fratres: ſi uero eſt inter extraneos ad curiam mobilium urbis noſtræ.

## REGVLA XX.

1 Iudex laycus non poteſt clericum Iudicare † tex. In. c. cum non ab homine de Iudit; ratio quia ſacerdotes dij appellantur: 11.q. 1. c. ſacerdos & Ibi Doct. & In. c. ſancte Marie nu. 21. de conſt. & c. 11. de foro compet. ex quo ſunt de foro eccleſiæ etiam ſi eſſent in Minorib. ordinibus: Ita Dec: Ibi nu. 21. & hij profeſſione facta & lapſo quinquenio nullatenus ſuper eorum pretenſionibus audiri poſſunt. c. 19. ſeſſ. 25.

1 Amplia 1. In clericis primæ tonſuræ. quia cantores appellantur; cum ſint de foro eccleſiæ Hoſt. In. c. cum contingant de ætate & qua. & c. nullis In Verſ. tonſura de Temp. ord. in 6. Dec. In. c. S. Mariæ de conſt. nu. 21. & in c. cum non ab homine In. 2. not. de iudit.

1 Amplia 2. In clericis coniugatis in quibus caſibus retinent priuilegium fori ut. c. 1. de cler. coniuga in 6. ita Dec. In. d c. S. Mariæ nu. 25. lapp. all. 118. circa fin.

1 Amplia. 3. in clericis in minorib. ordinib. conſtitutis. ex quo ſunt de foro eccleſiæ ita Deci. in. d. c. S. Mariæ nu. 19. & c. cum non ab homine de iud. & c. clericum &. c. nullus. 11. q. 1. & c. 11. de foro competent. & dicit bal. in c. cum ueniſſet de eo. qui M. in poſſeſſ. & ſtatutum de comprom. neceſſ. non ligat clericos in minor. ord. conſt.

1 Fallit. in clerico non Incedente in habitu & tonſura qui ſi repertus fuerit tempore perpetrati criminis. ſeu flagitij. & captus fuerit poteſt per iud. laycum puniri. ac corripi per ut concludunt canno. in clement. 1. de uit. & honeſt. Cler. in 6. cepo. conſ. 11. Gramm. uot. 33. num. 13. ſoc. conſ. 12. uob. 1. Boe. q 69. nu. 16. 17. & 18.

2 Fallit etiã in actione Reali occaſione poſſeſſionis. ſecũdũ bal. & cann. in. c. 11. de iudit. Io. fab. in. §. fi. uerſ. Reus

col.

col. iij. inſtit.de ſatisfat. nu.8.Bal. in.l. obſeruant.§.pro-
ciſci nu. ff. de clericus off. per conſ. Boe.d.q. 69.nu 20.
& 21. & felin.;in c. ſi. clericus. col. ij. & c. cum ſit Gene-
rale. col. ij. uerſ. ult. hæc omnia de foro competen fæ
conſ.93.col.antep. uerſ.ſi uero ſit ralis.fel. In. c.ij.de p
bat & Bal.in c.1. Apud quem contra feudi: col. ij. uer

3 Fallit etiã in acceſſorijs Annexis.& ex realitate depe-
dentib. ita doct. in Reg. acceſſorium de Reg.iur. in 6
quia quod pro una & eadem Re. coram diuerſis Iudic-
bus. Iuditium tractetur abſurdum & Inconueniens u-
deretur: & ita uoluit & Tænet felin. in. c.fin. ſuper Gloſ.
ſæcunda uerſ. Tertia uero concluſio. de Iudit: & ibi co-
muniter Canon: Boe. d. q. 69. nu.23.24.& 25.

4 Fallit etiã in cauſa poſſeſſorij:ut putat Clericus Alien-
uit fundum titio demum ſequta eſt euictio: 7. agit contra
uenditorem. Clericus obtinet inhibitionem. quæritur
Coram quo Iudice cauſa diſputabitur tu tene. quod cor
Iudice layco. ſecundum Bal. in.conſ.14. col. iij. uerſ. ſe-
cũdo principaliter. uol.1.all.l. Vẽditor.ff de.euict.ex qu
eſt tanquam neceſſarius deffenſor.d.emptoris. Anch. le
in Reg. & quæ a Iudite. q. 17. De Reg. Iuris in 6.& in c.
fin. de empt. & uendit: & late. Boe. d. q. 69. nu. uſ-
que. 36.

5 Fallit itidem in Clerico. quod ex inualido Matrimonio
cum Adultera fidem ſibi Dederat de ea in uxorem capien-
da; quod clericale priuilegium ammittit ac in patibulo
ſuſpendendus uenit. pro ut Hoſt. in c.1. de diuortiis &
ibi Ancha. & eſt tex. in.§.ſi quis uerſ. accuſatus.de Adul.
in auct.ut nulli iudic.colla.9 Boe.q. 262. nu. 1. & in mul-
tis Alijs caſibus aductis in. q. 69. nu. 18. & 19. & in Gal-
lia deciſis. quæ omnia aſpicere facile tibi erit.

6 Fallit etiã in Reo clerico citato corã iudice layco ad
Re. cognoſcendum ſuum chyrographum ſeu manuſcri-
ptum qui Tenetur coram iudice layco comparere & atte-
ſtari. uel negare ſi eſt Manu ſuà uel ne: ſecundum Bal. in
l. acceptam. q. 23 nu. 13.C de uſuri Alex. in conſ. 103.
nu. 4. uol. 5.imola in c. ſi diligenti de foro conpet. Abb.
Ant. de but. in c. conſtitutus in 1.not.de in integrum Re-
ſtit.

ſit. ſelin. & deci.in c.cæterum De iudit. col. iij. & 4.

7 Fallit in clerico periuro. ubi iudex laycus poteſt cognoſcere & punire.d.clericum de periurio ex quo crimen eſt commune . ut in auct. de Mandat princ.§. ſi uero. & Io. And. in c. licet extra de iure.iur.in nouella in 6.& ita Bal. de pace conſtant.in gloſ. ſuper uerbo tam uaſalli ibi ſed hic quæro. ubi concludit ꝙ iudex ſecularis poteſt punire Clericum de periurio : Guido Papa. q. 178. in 1. ſin conſ.89. in 1. Dubio : uerſ.1.circa primum :

8 Fallit etiam in iij caſib. quos ponit gloſ. not.in c. Tua ſprima de decimis in uerſi. ac & etiam fideiuſſor clericidatus . per fideiuſſione per eum præſtita poteſt conueniri.coram iudice layco ſecundum : ſpec.in tit.de compe. iudic.§.1. uerſ. ſed pone clericus.& Guid Papa.q.562.nu. 6.per noc.

9 Fallit etiam in Materia Adulterii:& ſacrilegii ſecundũ . Guid. Papa.q.178.nu.2. & Gloſ.in c.cum ſit Generale de foro conpet. Et cyn. & Bal. in. l.iurisiurandi. C. de rebus Cred.& ſi cert. per quæ Crimina quinquenio perſcribuntur ſecundum tex. in. l. Mariti §. hoc quinquenium.ff. de adult &.l. Adulter.C.eod. Tit. Boe. q. 26.nu. 12.

10 Fallit etiam in multis aliis caſibus Annotatis per Gloſ. not.in c. & ſi Princeps. xxiij q. 5. ubi iudex laycus habet iurisditionem in Clericum ſeu clericos , quos omnino uide & ſtude.continue ſi uis ſcire quòd not.

## REGVLA XXI.

1 Iudicandum non eſt exemplis ſed legib. tex.eſt in.l. nemo.C.de ſent.& inter.&.l.ſed licet.ff.de off.præſid.&.l.ſinguli.C.de accuſat.Abb. & can.in ij.c. de præſumpt. & Dicam infra in Reg.legibus .

2 Fallit in exemplis principium a.l. approbatis ita Abb. in c. in cauſis de Re iudic. deci. in l. cognitio nu. 5. ff. de off.aſſeſſ.& Abb.in c.ij.de præſumpt.ratio eſt quia melius eſt regi a iuſto iudice quam a. l. ſcripta ratio rationis eſt quia iuſtus iudex in ſingulis cauſis iudicat ſecundũ equitatem , quæ ſibi uidetur pro ut Bar.in.l. præſenti in 1. C.de

hiis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hiis qui ad eccl. confug. Ias. in.l. Marcellus nu.10.ff.ad Trebel. Bal.in.l. hac l.nu. 7. C.de ſent. ex per.reit.ubi iudex poteſt cum conſilio ſapient.iudicare & ideo Bal.in d.l.nemo dicit ꝙ exempla principum & conſ. debent habere fundamentum ueritatis a legibus approbatæ ꝙ perpetuo not.quia officium principis eſt ſemper uiuere & iudicare ſecundũ iura &.ll.l. digna uox.ff.de legib.cum aliis infinit. & nota quòd.

Exemplum eſt alicuius dicti aut facti propoſitio cum certi auctoris nomine ut cauſa Manifeſtior fiat ſecundum Iulia. ut.l.prætor.§.uideamus.ff.de collat.bonorum.

2 Fallit in exemplis rationabilib. quibus conſtituitur lex & omnis ſana ratio exemplis proponitur ſecundum.c.ſina.q.diſtinet.

3 Fallit in exemplis ſanctorum tam inſcriptis: quam in factis quia perſpicaciter ſunt recordanda: quia ſanctis uiris emmauerunt.xx.diſt.c. de quibus & 23.q.5.c. uides.

4 Fallit in exéplis Maiorũ quia ſunt documenta & incitamenta uirtuti: ſuperiores.n.inferioribus exemplum bonum dare tenẽtur ſecundum c. qualis 8.q.1.& c.nullo.11.q.1.& Terentius ibi aſpicere tanquam in ſpeculo uitam hominum & Seneca epiſtola 5.ad.Lucillum cum iis uersare qui te meliorem facturi ſunt.

5 Fallit etiam in exemplis peritorum & poetarum quibus omnino ſtandum eſt donec de cótraria & inconuincibili liqueat ratione ut.l.in tantum in fin.ff. de Rerũ Diuis & l.ſeptimo menſe. ff.de ſtatu ho· & l.ſi pater. ff. de ſolut.

6 Fallit etiam in exemplis ſanctorum qui poſt canones eorum exempla ſunt ſequenda & allegenda ad poſterorum memoriam ſecundum c. ſubmitetur.xxj. diſtinct. & xx.diſt.c.de quibus cum aliis ut in gloſ.

7 Fallit etiam in exemplis bonorum doctorum in curiis praticantium ſecundum 5. ff. de Manu. uindict. quando plus eſt in ueritate quam in opinione ut in gloſ. prima ibi.

## REGVLA XXII.

1 Inceſtuoſus Regulariter nõ legitimat̃ tex. eſt in.§. fin.
inſtit.de nupt. l. cum quis. C. de nat. lib. & c. tanta qui f.
ſint.leg.Bal.in.l.& ſi contra. C. de nupt.l. 1..§.ſi qua.ff. de
concubi.Bar.in l.penul. ff. ſed titulo Ang.in.d.§.f. Inſt. de
nup.in gloſ. intetdictum ubi tenet ꝙ concubina conuicta
2 gnatione uel affinitate † ſi filios ſuſcipiat ex ea nati
nõ legitimantur:cur; ſenior in conſ.73.in 3.dubita.nu.18.
Mar.ſing.121.ibi ſcias. Alex. conſ.70. Magnif. col.prima.
in.6.uol. 6. Bar.in.l.eum qui.ff.de ſtat.hominum & l.uul-
go in gloſ.de ſtatu ho. Cępo in conſ.ultimo.conſ.Ciuil.all.
Bal.in.§.naturales. c. 1. princ. ſi de feu fuer. cont.int.d.&
ſign. uerſ. ultimo ſcias ꝙ per Matrimonium ex diſpenſa-
3 tione Papæ contractum non legitimantur † inceſtuoſi
niſi de eis fiat ſpetialis Mentio in gratia Abb.in.d.c. tanta
nu.12.qui fil.ſint leg.ubi tenet ꝙ ſi parẽtes ꝑꝑ aliquod im
pedimentũ iuris diuini nel cano. non poterant contrahe-
re Matrimoniũ tẽpore concæptionis uel natiuitatis.Tunc
filiiam nati non legitimantur per ſubſequens Matrimo-
4 nii caſt.† conſ.224.in primo uol, Ant.de But.in c.per ue-
nerabilem col.24.qui filii ſint legitim. & Cyn.in.l.Paulus
ff.de ſtatu ho.qui ponit q.de ubald.ex quo inceſtuoſi ſunt
plurimum odioſi ut in auct. ex complexu. C. de inceſt.
nupt. Crotus.in.l. Galus.§. & quid ſi tantum.nu.170.ff.de
lib. & poſth. Ant.de Roſel. in ſuo tract.legitimat. Boe.q.
127.nu.5.& 6.

1 Amplia.1. etiam ſi comes haberet poteſtatẽ legitimãdi
ſpurium uel inceſtuoſum de per ſe. quia non poſſet legi-
timare ſpurium & inceſtuoſum ſimul ſecundum opp.doct.
in.d.§.& ſi tantũ ff. de lib.& poſth. cæpo. conſ.66.nu.8.in
fine ibi ego uero conſ. Ciuil.
Amplia. 2. etiam ſi eſſet legitimatus a Papa. quia non
cenſetur legitimati ad Temporalia. de quæ. q. uide doct.
in c.per uenerab.-qui f. ſ. legit. & ibi inoc. hoſt. & fel. &
Bar.in l.cunctos populos.C.de ſum.Trinita.& f.cath Gui.

Papa dec. 482.nu. 2.& in conſ. 14. nu.1. uerſ. ad primum dubium & deciſ.580.nu.3.ad fin.

3 Amplia.3.ut.d.legitimatus admittatur ad beneficiũ Recuperandi Rem uenditam a patre ex iure congrui & pralationis. Ita Tenet benedict.in Repp.c.Raynutius nu.18 & Vide petrum duen.Reg.350.ampl.11.in qua Reg.fac 20. ampl.& 14.limita. quas omniuo uide. Tiraquel.in l. unquam. C.de Reuoc. do. in uerſ.ſuſceperit num.98.& uide etiam Bal.conſ.104.conſiderand. Paulo ante ſin.uol.4.

## REGVLA XXIII.

1 Infans in utero † pro iam nato habetur .l. qui in utero la prima.ff.de ſtat.ho.& l.intelligendus.ff. de uerb. ſignif. & Bar. in l. illud.§. ult. & ibi gloſ. & Doct. ff. de Bo. poſ. contralas. ubi infans qui in utero eſt aperit edictum ſcripto heredi ad contratabullan. & Bal.in.l.ſi.pater.C.de inſtit. & ſubſtit.opp. q. uentri etiam competit in integrum reſtitutio.l. etiam ſi.ff. de Minor. & ob id Tenetur Mater

2 pregnans petere curatorem uentri † & ſi non fecerit ea punitur ac ſi non petiiſſet Tutorem filio iam nato.l.ij.§. Mater &.§.quod ſi cum prægnans.ff. ad Tertull. Bar.conſ. 22.homo,col. ult. & conſ. 30. in nomini domini uerſ. his ergo duobus Bal. conſ. 288. in 1. nu.1. uol.2. & conſ.49. iſte caſus nu.1.eo. uol.& conſ. 297. uerſ. ad tertium nu.4. uol.iij.& hii qui naſcũtur poſt mortem parẽtum equaliter

3 cum ſupraujuentibus ſuccedunt † ut Bal. in.l.ult.ff.de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & in parte ſenatus. 1518. licet alibi dicatur quòd poſthumus ſi non naſcatur & in lucem

4 proferratur nihil eſt † ut. l. ult. C. de poſth.heredibus inſtit.Bal.in l.1.col.9.uerſ.circa ſecũdum cap. C. qui admit. Iaſ.in conſ.239. col.4. uerſ. confirmatur & conſ.22. uerſ. confirmatur & ob id in hiis quæ ſunt ſtricti iuris poſthumi

5 † non admituntur tex. eſt in l. ſi pregnans & l.ſi uacca. ff. de euict. & alber. poſt old. in d. l. qui in utero. ff. de ſta. hom. & in hiis terminis conſuluit d. deci conſ.221.col.2. nu.3.℘ ante natiuitatem non dicitur quis habere filium uel agnatum.l.ſi.ff.de coll.bonorum, & denunciatio non

dum

dum nato fieri non potuit, & talis requiſitio præſupponit extare perſonam, cui fieri debeat. ſi ergo perſona non eſt ergo fieri requiſitio non potuit, quia qualitas † ſine ſubiecto eſſe non poteſt ut l. qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. & ſic concludit filium nondum natum non poſſe habere beneficiũ prælationis ſuper uenditione bonorum paternorũ alienatorum, quæ opinio ſalua ſemper reuerentia tanti uiri, uera non eſt, immo in hac ciuitate & in aliis iudicatum & deciſum fuit beneficium ex iure congrui compe-
9 tenti filio nondum nato † ut late dixi in tract. meo de iure prothom. in §. 4. nu. 27. & 62. & Tiraquel. de retract. conſang. glo. 9. nu. 78. 79. & 80. fol. 49. & ita pluries in hac ciuitate, tam in iudicijs curiarum; quam per excellen. conſi. deciſum & iudicatum fuit. & nota, & ſi uis ſcire, ſtude.

1 Amplia. 1. iſtam regulam ut filius qui in utero relictus eſt, præbet matri occaſionem reuocandi donationem iam factam & percipiendi fructus bonorum donatorum ab eo tempore quo ſciuit filium, uel filios eſſe natos donatori. ita tenuit Tiraquel. in l. ſi unquam, in uerſi. ſuſceperit nu. 144. & in uerſi. reuertatur nu. 173. iuribus per eum adductis quod uide.

2 Amplia. 2. quia infans non natus non eſt in poteſtate patris, donec ad lucem proueniat per tex. eſt in l. fin. de ſolla. bonorum, & ita Bal. in l. ſi pater. 9. oppoſi. C. de inſt. & ſubſt. & Iaſ. plene in l. poſthumo. C. de bono. poſſe. con tabulas, & idem Bal. in auct. ex cauſa col. ii. uerſi. 4. præterito. C. de lib. præterit. & ſic inter iam natos & poſthumos, hoc intereſt, ꝙ illi iniuſtum teſtamentum dicunt; Iſti uero, rumpunt, iſti uero. ſemper, ij uero. ita demum naſcantur, & non aliter nec alio modo, & Bal. conſi. 195. laudare col. 2. uerſi. ſed quidquid nu. 2. uol. 2. Caſtren in l. cum poſthumus. ff. de lib. & poſthu. & Iaſ. in l. iij. §. poſſunt. in fin. eod. tit.

3 Amplia. etiã ut dũ infans in utero eſt pro puppilo nõ habetur uulg. l. non eſt. ff. de uerb ſignifi. nec equidẽ homo eſt, ut Alb. q. 134. in prima parte ſtatu. Dec. cõſi. 535. requiſitus. col. i. nu. 2. ubi dicit ꝙ pœna mortis, quæ a ſtatuto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuto requiritur, in caſu homicidii non habet locum in
partu, quia infans antequam naſcatur non eſt homo,
Bal.in l.cum inter ueteres.C.de fideico.libertatis.

## REGVLA XXI.

1 Impenſa funebris eſt adeo priuilegiata † ut in
creditoribus hæreditariis anteponatur, & hoc ob pub
cam utilitatem. ne cadauera inhumata iaceant l.ſunt p
ſonæ, & l. nec corpora.ff.de relig.& ſumpt.funer. quia
minus reipub.intereſt cadauera mortuorum humari
2 uiuentes tueri & conſeruari † ita ſing. Bal.in l.ſi.col.
.C.de neg.geſt. & de expéſis factis in hæreditate
ſimplici iuramento hæredis tutorum, ſeu adminiſtra
rum, uel commiſſariorum defuncti ſine alia probatione
ut uoluit gloſ.not.in l.nulli in uerſi. licentiam in fin.C.
epiſcopis & cler.& in l.ſi quis pro redempt.C.de dona
ibi gloſ. & doct.
3 Et prædictis expenſæ fieri debent † pro modo ſa
tis & qualitate & dignitate illius qui funeratus eſt
ſi quis.§. hæc actio in uerſi. equum autem.ff.de re
ſumpt.fun.quia maior impenſa fieri debet. in nobili
in ignobili & ad conditionem temporis, quia plus
ditur in hyeme.quam in eſtate. ut in d.§. hæc actio in
in uerſi. ex tempore.
4 Et hæc actio competit contra † hæredem bonorum
poſſeſſorem ac reliquos ſucceſſores defuncti. ut d.l.
quis.§.datur.ff.de relig.& ſumpt. funerũ: nec datur
aliquo contra illum qui non ſuccedit defuncto, pr
quam in clerico ſucceſſore, in beneficiis. ſecundum
bat.& Barba.in c.ex præſentium de pignore.
Actio hæc funeraria competit conſanguineis pres
2 teri defuncti † qui ſuccedunt clerico in ſuis bonis.&
nentur ad expenſas funeris, ſed ſi nihil habent. tunc
ceſſor in beneficio tenebitur ad illas ſecundum Abbat.
d.c.preſentium, & ibi Barba.Steph. Bertran.in conſi.
nu.2.uol.1.primæ impreſſionis ꝙ not.
Impeditus funere domeſtico prohibetur uenire ad
dictum

ditium † ſed datur ei exceptio.l. ſed & ſi quis.§. præterea. ff.ſi quis caut.& l.ij.ff.de in ius uocand.13.q.ij.c.quia alij. ubi ad 9.dies, uel 40.non poteſt in ius uocari.

Item creditor pro impenſa funeris præfertur omnibus
7 creditoribus † hæreditariis licet ſit poſterior. ut l.impenſa.ff.de relig. & ſumpt.fun. Bar. & doct. in l.i.ff.ſolu.matr. Franciſcus de Ripa in tract. de peſte nu.133. negu.de Fano.in tract.de pignore in ij membro 5. partis nu.28. fall. 13.& hoc ratione publice utilitatis.

8 Maritus tenetur ſepelire uxorem, etiã quod dotem nõ habeat,& e conuerſo cum cauſa funeraria ſit pia. & honeſtas coniugalis id ſuadeat ut alter eorum inſepultus non iaceat; facit tex. in l. quod ſi nulla,ff. de relig. & ſumpt. fun.Roma.conſi.317.

## REGVLA XXV.

Impedimentum an probatione, uel iuramento probari
1 poſſit † tu ſuperfluis omiſſis tene. ꝙ per ſolum iuramentum probandum ſit. & hoc eſt deciſum per communes doct. opiniones Roth. deci.32. in antiquis Neapol.in deci.79.in cauſa nu.2.all. Fed.de Sæn conſi.109. Fel.in c.ex parte ij.col.penul. de reſcript. & de hoc uide Bar. Roma. Alex.& Iaſ.in l.ij.§.quod diximus.ff.ſi quis caut. Abb.deci.& Barba,in c.cum ſit Romana,& c,ex ratione de appellat.nu.53.& nu.45.& uide c. ſtatutum §, cum uerſi. de re-
2 ſcrip.in vi.in gloſ. in uerſi. proprio iuramento ubi † iuramentum dicitur euidens probatio, nam ſi quis citatur in aliquo iuditio.& ille ui fluminis tempeſtatis,aut ex aliqua rationabili cauſa non potuit illo ſe transferre, & non poteſt hæc probare. utique ſtabitur & credendum erit ſuo
3 proprio iuramento tex.eſt in l.ſcire oportet †.§. cum quis ff.de excuſat. tut. ibi cuius fidem. & ibi gloſ. & Deci.in conſi.454.nu.6.ubi allegans impedimentum tenetur illud probare, quando maxime eſt cauſa immediata Guido Papa q.64.nu.2.ubi optime.& Bar.in l.qui commeatus.ff.de
4 re milit.& l.præſeſ.C.de appellat.uerſi. Et aduerte † & uide Bal.in conſi.360.uiſo inſtrumento, ubi dicit ꝙ ſi con-

ductor ob impedimentũ ſuperioris non poteſt uti re con-
ducta non tenetur ad ſolutionem affictus, niſi pro rata tem-
5 poris: † de quo impedimento omnino conſtare oportet.
Rom. conſi. 352. nu. 9. ubi not. diſtinguit quòd not. Tu
hac materia cóſidera tria adducta per d. Alex in d. §. qu
diximus nu. 2. primo conſidera impedimentum, inſpec
paruitate uel grauitate præiuditii arbitrio iudicis, uel in-
ſpecto loco: uidelicet ſi impedimentum fuerit in loco lon-
6 ginquo uel ſolitario, † uel ratione perſonæ impeditæ ſi
eſt bonæ conditionis & famæ. Iudex omnibus prædictis
optime conſideratis arbitrabitur. An iuramentum ſit ſuf-
ficiens probatio uel ne. per tex. in l. fi. de bon. aut. iud. poſ-
7 ſid. quem tex. † Rom. in rubrica. ff. de arbit. dicit eſſe not.
& ꝙ impeditus non auditur ultra quàm ſemel. & ita pro-
bat tex. in d. l. fin. & l. ſcire oportet. §. cum quis. ff. de excu-
tut. & ita Ang. atteſtatur in l. ueluti. §. hæc uox. ff. de edẽ-
do, & duplex eſt impedimentum, iuris & facti.

1 Limita. 1. ut impeditus teneatur proteſtari de impedi-
mento facti occurſo ſecundum Ant de But. conſi. 28. Ro-
ma. d. conſi. 352. & Franciſcus de Aret. conſi. 153. Imola
c. fi. de appella.

2 Limita. 2. ſi non poſſet haberi copia illius contra quẽ
eſſet proteſtandum, quia tunc ſufficiet proteſtari ſecun-
dum formam c. paſtoralis. §. fi. de officio ordina. & c. iudic
metus de appellat. & l. i. §. dies. ff. quando appellandum ſit.

1 Fallit in impedimento iuris quod impedit præſcriptio-
nem tantum currere ſecundum doct. in l. i. §. fin. C. de an-
nua excep. & l. quoties. C. de præcip. imp. offerend. Bo.
q. 40. num. 3.

2 Fallit etiam in impedimento facti quod non currit tem-
pore hoſtilitatis, immo inchoatã facit dormire præſcrip.
ſecundum c. tranſmiſſa de perſcript. & Bar. in l. naturali-
ter. ff. de uſucap. Guido Papa q. 64. nu. 2. Bar. in l. præſes. C.
de appellat. & idem Guido Papa: q. 416. nu. 13. uerſi. quero
ulterius, ubi in terminis.

3 Fallit etiam quando impedimentum prouenit facto ſu-

perioris

perioris, ſecundum Bal. conſi.360. uol. eo. quia eo caſu cóductor non tenetur ad ſolutionem mercedis, niſi pro ra ta temporis ſuæ conductionis, pro ut in dicto ſubtili. con ſil.rationibus ibi adductis ꝙ not.

Fallit etiam quando impeditus poteſt remouere impe dimentum, quia non dicitur impeditus qui de facili po teſt impedire impedimentum c. fin. de elect. c. cum ſit Ro mana de appellat. Bal. in l. quibus diebus. ff. de cond. & de monſt. Old. conſi. 247. circa med. Deci. in c. In nomine do mini nu. 9. & 19. de teſtibus.

## REGVLA XXVI.

1 Inſtrumenta quamuis ſint clara & autentica non tamen habent executionem paratam. l. minor 25. annis cui. ff. de minor. & ibi Bar. Bal. Ang. Alber. & moder. doct. Caſtr. & Alex. in l. air prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudicat.

1 Fallit de inſtrumentis guarentigiatis, quia illa ex for ma ſtatutorum habent executionem paratam. Guaratigia. n. ſecundum Angel. nil aliud eſt niſi quodam præceptum quod fit per notarium de rogitu inſtrumenti parti rogan tur contenta in inſtrumento illico exequantur reali ter & quandoque perſonaliter, qui rogitus ex forma par te excellentiſſimi conſi. rogat. 1560. omnino eſt abolitus in hac ciuitate Venetiarum.

2 Fallit etiam in inſtrumento publico depoſiti, quod ha bet executionem paratam, & nullo modo impediri poteſt ſecundum tex. in l. penul. ff. depoſiti ibi illico reddere mo dis omnibus compellatur, & ibi Bal. Bar. Ang. & Caſtr. & ibi quamcelerrime, & ibi quam citius, quæ omnia locum habent. In depoſito uero ſecus in ficto, ſecundum Ang. in l. ſi depoſita. C. eod. tit. & Bar. in l. iij. in 4. quæſtione prin cipali. C. de pignorib.

3 Fallit etiam quando debitor per formam inſtrumenti ſtipulatus eſſet inſtrumentũ iudicis mandato exequi poſſe in bonis & terris debitoris uolentis & ita contentantis, ſecundum Bal. in d. l. minor. 25. annis ratio iuditio meo,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia uolenti non fit iniuria.& late Boe.in l.conſentaneo
C.quomodo & quando iudex.

4 Fallit etiam quando in inſtrumento interuenit iuramen
tum ſecundum Bar.in l.ij.ff.de iureiur. quia ſtante inſtru
mento, ac iuramento executio inſtrumenti impediri nul
lo modo poteſt per iudicem: niſi petatur nullitas dicti in
ſtrumenti per uiam carcerationis, cum diſpenſatione
iuramento ad finem agendi ſeruatis ſeruandis coram ſ
iudice competenti.

5 Fallit inſuper in caſu dotis,quãdo reperitur ſcriptura
ceris trino teſte notata cum aliquo pacto poſt mortem
galium de aliquid lucrando, quia eo caſu talis ſcriptura
poteſt ad curiam mobilium ſententiari ad legem punctu
ſcripturæ, & ilico exequi ſeruatis de iure ſeruandis ſecu
dum loci & fori conſuetum.

6 Fallit quando inſtrumentum poſitum eſt ad publi
ſtridas in locis ſolitis & conſuetis, ſuper quibus nullus
titit legitimus contraditor. tunc arbitror executionem
inſtrumenti prædicti nullo modo impediri poſſe. Imm
omnino exequendum fore ſine alicuius iudicis ob
ſecundum Bal.in l.filiusfa.§. ueterani.n.4.ff. de procur.
& Roma.ſing.281. collegium.

## REGVLA XXVII.

Ingrediens monaſterium pure bona regulariter mo
ſterio acquiruntur auct. ſi qua mulier.C.de ſacroſanct
cle.Anch.conſi.69.contra donationem nu.7.nam qu
ligioſis adhærent religioſa ſunt. ut l.quæ religioſis.de
uindica.& c.religioſo de ſent.excom.in 6.immo bona
cedentis infra annum profeſſionis remanent penes mo
naſterium. ſecundum Iac.Ray. Pet.& Cin.in auct.ingre
ſi.C.de ſac.ſanct.eccl.cum aliis ibi.

1 Fallit in bonis feudalibus ingredientis, quia ad eum
non pertinet qui officium gerere non debet.ut c.i.de mi
ſa. milit.qui arm. belli.depoſ.& c.i. ſi de feud.fu.cont.
ter dom.& uaſaſal. Bal.in l. finita.§. fin.col.iij.ff.de ued.

Alex.

Alex.conſi.10.col.ij.nu.8.uol.5.& Bal.in l. Deo nobis.col. 5.uerſi.4.nota.C. de epiſcopis & cler. & idem in l. ſi quis in princip. C.eo.tit.

Fallit etiam ſi eſſet tale ſeruitium quod a monaſterio præſtari poſſet. ut puta ſi annua penſio in pecunia uel fur-mento præſtetur: aut in tali ſeruitio perſonali, quod ho-neſte præſtari poſſet ab ingrediente per ſe, uel per alium. ſecundum Cy.in d.auct.ingreſſi. Io.And.Abba. & Deci.in c.præſentia.nu.290.de probat.ſpec.de ſtat. monach.§.i. uerſ.44.Bal.in d.l.ſi quis, in princ.C.de epiſcopis & cler. Alex.d.conſi.10.col.iiij. Cald conſi.2. An clericus.

3 Fallit in feudo de quo fœmina eſt inueſtita, quia eo ipſo q fœmina eſt habilitata, poteſt per ſubſtitutum ſer-uire.ſpec.in tit.de feud.uerſi.21.§. quoniam, & ibi Ioan. And.in addit.ad ſpeculat. & late Alex.d.conſi.10.col.4.uo lu.5.quod tu nota.

4 Fallit etiam quando eſſet feudum franchum.i.liberum, quia tunc tranſit in monaſterium, ita Bal.in l.ſi plures col.ii.C. de cond. inſert & idem in auct. niſi col. penult. uerſ.cæterum.ad Trebel. Old.conſi.224. factum eſt tale. Bal.in procem.feudo. Idem Old.conſi.3. omne datum. Af-flic.decif.265. num.37. Idem deci.320. nu.2.all. Bal.in d. auct.niſi. & Alex.d.conſi.10.col.4.nu.9.uol.5. Gramat.de-ciſ.103.nu.134.,& 135. Boe.q.114.nu.12. ubi tenet q feu-da in Gallia ex generali conſuetudine poſſunt alienari. ex quo ſunt ad inſtar bonorum patrimonialium.

## REGVLA XXVIII.

Iudex non impartitur officium ſuum irrequiſitus.l.4.§. hoc iudicium.ff.de damn.infect.,& l.i.§.poſtulare.ff.de po-ſtul.

1 Amplia. 1.ut nullo modo ſententia pro reo ferri poſſit: neque citatio niſi petatur.l.ad peremptorium & l.poſt edi ctum.ff.de iudit.Roma.ſing.570. non poteſt.

2 Amplia.2. ut iudex non poſſit etiam inquirere, nec in-quiſitionem formare ex officio ſuper iuribus & rebus ec cleſiæ. ſecundum Roma.ſing.525. incip.Innoc.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 Amplia. 3. ut poſſit reſtituere in integrum minorem, prout etiam nemine petente poteſt dare aduocatos parti, per tex.in l.neqnicquam.§. aduocatos.ff. de officio proconſu. Rom.ſing.462.incip.quod iudex.

1 Fallit 1. in cauſis fiſcalibus ubi iudex ex officio nemine petente poteſt ferre ſententiam.l.ii.§.ſenatus.ff de iure fiſci. Alex in l.4.§. hoc iuditium nu.25.de dam.infect.

2 Fallit 2. in cauſis piis, ubi nemine petente poteſt iudex officium ſuum impartiri. ut l.nequicquam.§. ult.uerſi.plerunque.ff.de officio proconſ. & ibi Bar. & d.§. hoc iuditium opp. 4.

3 Fallit 3. cum agitur de reſtitut. uſurarum. ita tex.in l. uſurarius.ff. de uſur. maxime cum tractetur de periculo animæ. ut cano. in c. cum nobis olim de elect. hoc idem uoluit Tiraquel. in priuil. piæ cauſæ. nu.152. in princ. & prope finem.

4 Fallit in criminalibus ubi iudex tenetur defendere reos etiam nemine inſtante.l.& ſi non defendantur.ff.de pœn. Bar.in l.fi.col.iij.ff de ferri. Ioan. de Anna. conſi.59.nu.1. Aret.in conſi.147.col.3.in fine. Bar.in l.1.§.ſi quis ultro.ff. de quæſtion. Dec.conſi.189. nu.10. uerſi.3. reſpondetur, ubi dicit quòd officium iudicis eſt laborare pro innocentia inquiſiti, all.Bar.Veron.conſi.29.nu.21.& conſi.48.nu.

5 Fallit etiam in reo carcerato ex delicto alibi commiſſo, qua iudex requiſitus tenetur reum remittere ad locum ſui iudicis de neceſſitate. ſecundum tex.in l.1.C. ubi de crimine agi opor.& in auct.ut nulli iudicum col.9.§.ſi quis uerſi. comprehenſorum, & ibi Ang. & Iaco. de Beluiſio, Boe.late multa accumul.in q 29.nu.2.& 3. aliter iudex punictur in l.iii.& pro tali coactione ad ſuperiorem habebitur recurſus. nam & Pilatus ſponte remiſit Chriſtum ad Herodem. ut luce.c.23. pro quo Cepol. conſi.59. quod not.& ſtude.

6 Fallit in delicto extra territorium commiſſo, quia iudex domicilii ſeu originis non poteſt ex officio, ſeu per uiam inquiſitionis procedere contra delinquentem extra ſuum territorium. ut l.fi.ff. de iuriſd. omnium iudic. Alex.
conſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſ.111.col.12.uerſi. fortius. nu.1.uol.i. Marſ.d.l.fin.nu. 133.& conſi.110.nu.15. Bar.in l.hæres. abſens.§. proinde ff.de iudit.& l.ii.C.ubi ſenat.uel clariſſ. Boe.q.270.nu.4.

## REGVLA XXIX.

1 Fallit in pratis, quia prata dicuntur ? terræ ar biles & non dicitur locus ſterilis, nec proprie incultus. Ita Card. Zaba. in c.i.nu.8. & 9. de decimis, eo quia ſunt parata præſtare omni anno utilitatem domino, pro ut dixi in tract. de iure protho. tex. in l. ſyluam in fine cum l. ſequéti. ff. de uerb. ſignific.

2 Fallit in modica quantitate terræ, illi adhærenti, quia plus & minus non conſtituit differentiam, & illa modica non debet diuerſo iure cenſeri. cum maior pars culta ſoluat decimam. ut c. cum in tua. de decimis. & c. cognouimus. 12. q. 2.

## REGVLA CXVI.

1 Noiãtus prior in legato, uel ſcriptura deſcriptus dignior & maior iudicari debet de primo ſi annis ſingulis relinqreĩ uſusfructus titio & ſempronio. primo titio deinde ſẽpronio præſtandũ eſſet, & ſic ſi ſtaria 5. furmenti ex forma unius manuſcripti danda eſſent caio, & ſucceſſiue Antonio utique prior nominatus conſequi debet ſtaria 5. & poſtea Antonius, quia prior nominatus & dignior & an-

tiquior præſumitur communiter cano. in c. Auaritiæ de
præbend. & ibi late Deci. nu. 4 inſti. de iure nat. gen. &
ui. §. fin. uerſi. ignorentur. Bal. conſi. 400. col. 5. uerſi. 2. u
5. & l. i. ff. de albo ſcribend. Bal. in l. cum quidem. C. de u
bo. ſignifi. in 3. oppoſi. ubi dicit ꝙ prior nominatus ma
cæteris præſumitur. & idem Deci. in c. ſedes. nu. 22. de r
ſcript. & ſi inſtrumentum loquitur de titio: ille præſumi
tur, qui producit inſtrumentum c. ſi iudex laycus de ſent.
excom. in 6. Et ideo ſi reperiantur duo inſtruméta eadem
die confecta, & dubitatur, quod factum fuerit prius, Ra-
tione prælationis in pignore & hypotheca. In quo præ-
2 fertur qui prior eſt tempore. ſecundum text. † in l. ſi
fundum. C. qui potio. in pignore habeantur. Id conſide-
rabitur ex ordine ſcripturæ appoſitæ in prothocolo nota-
rii, quod etiam locum habebit in duobus teſtamentis
3 † eadem die confectis, ſecundum Alber. in l. i. §. quibus
uerſi. primis quidem. C. de nouo. C. faciend. & in l. fin. C.
de edict. diui Adria. tollend. & prior nominatus. An & quā-
do aliis præferri debeat. uide Iaſ. in l. ſi quis teſtamento. §.
apud Iulianum. nu. 4. ff. de legat. i.

1 Fallit in beneficiis collatis monachis, qui tanquam in
inſtitutione antiquiores & perfectiores aliis canonicis
præferrentur. & maxime Romæ in proceſſionibus alios
præcedunt. ſecundum Deci. in c. auaritiæ. nu. 10. uſque
14. de præbend.
2 Fallit etiam in tempore ubi prioritas horæ etiam con-
ſideratur. ſecundum Bar. in l. imperator. Il primo. ff. de
ſtatu hom. ac etiam puncti. ut Bal. in l. in rebus. C. de don.
ante nupt. ubi dicit ꝙ prioritas horæ uel puncti attendi-
tur & conſideratur. Abb. in c. dilecto de præbend. Deci.
in c. paſtoralis. nu. 16. de reſcript. 500. conſi. 67. uol. 3.
3 Fallit etiam in his quæ momento aguntur, quia in illis
non attenditur prioritas neque poſterioritas. Iaſ. in l. 2. §.
liber. num. 3. ff. de cond. cauſa dat. & idem in l. illud. nu. 3.
ff. quod cuiuſque uniuerſ.
4 Fallit etiam in ætate currente ſecundum ordinem de-
bitum, & naturaliter & non ſecundum fictionem, ne ima-
gine

gine naturæ ueritas obumbretur, nam prior in tempore & ætate aliis poſterioribus eſt anteponendus, ſecundum ordinem naturæ arg. l. ſi uiua matre. C. de bon. mat. & l. cum ita legata. §. fin. ff. de leg 2.

## REGVLA CXVII.

Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem, nec ſun
1 poſſeſſorem l. ea lege. C. de condit. ob cauſam † Iaſ. in conſi. 88. in præſenti. uol. 3. Alex. conſi. 12. nu. 6. uol. 4. l. 3. §. opus. ff. de alien. iud. mut. cauſa facta. Bar. in l. fin. in fi. ff. de contrah. emp. & Affl. deci. 62. nu. 5. quia obligatio perſonalis, non dicitur alienatio. ſecundum Alex. conſi. 18. nu. 4. uol. 5. Cæpol. conſi. 13. nu. 1. in conſi. ciuilibus.

1 Fallit in iure conſequendi legitimam, quæ actio eſt perſonalis ex lege & non realis. ut l. actionum. ff. de act. & oblig. & datur filio ſuper omnibus bonis hæreditatis, quia eſt quota bonorum. ut l. papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſta. Bar. in l. generaliter. §. in ijs. C. de ſecund. nupt. ergo ſequitur obligatio perſonalis bona hæreditaria tu itaque cogita.

2 Fallit in tribus caſibus poſitis a Soc. in regula 336. quas limitationes conſidera, quia ſubtiles ſunt.

Fallit etiam quando ſine determinatione quantitatis conceditur alicui poſſe cedere lapides in fundo, quia nõ eſt obligatio proprie, ſed cenſetur ſeruitus uſus, & ita in-
3 telligitur tex. in l. mela. §. † fin. ff. de alim. & cib. leg. & ita Cyn. in rubrica. C. de uſufr.

## REGVLA CXVIII.

1 Obligatio facta per artificem alicui ratione induſtriæ perſonæ extincta perſona ceſſat & ad hæredes non ſe extendit. l. inter artifices. ff. de ſolut. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus rei. Bar. in l. ſi ſit ſtipulatus in fine. ff. de uerbo. oblig. Roma. ſing. 670. Felin. in c. quoniam. §. is autem. nu. 5. de off. delegat.

1 Fallit hæc regula niſi hæredes promittentis eſſent eiuſ-
dem artificii, quia licet ſit electa induſtria perſonæ, at-
tamen tranſit ad illius hæredes. Ita Alber. in l. inter ar-
fices. ff. de ſol. Pet. Duen. reg 178. limit. 2.
2 Fallit etiam quãdo hæres promittentis eſſet eiuſde
condictionis, & uirtutis, ut doct. quando poteſt obliga-
tus ſeruire per ſubſtitutum æqualis conditionis. pro ut
uoluit Bar. in l. i. C. de præpoſit. agent. in rebus. l. 11. ut c.
fin. & c. is cui de offi. delegat. in 6. Roma. in l. i. ff. de in ius
uoc. & in ſing.

## REGVLA CXIX.

1 Obligare quis non poteſt unum ex ſuis hæredibus, ad
uniuerſum debitum in contractibus. ut l. continuus. §. fin.
& l. eum qui ita. §. i. ff. de uerbo. oblig. ut puta ſi T. promi-
tit dare ſempronio ducat. 100. ad libitum obligans ſe &
omnia bona ſua & hæredes ſuos, utique eo functo debi-
to non ſoluto, hæredes ſi plures ſunt, omnes pro rata
tenebuntur. ut l. pro hæreditariis. C. de hæred. actionib.
& l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. cum aliis infinitis.

1 Fallit hæc regula in ultimis uoluntatibus ad effectum,
ut hæres grauatus poteſt cohæredes, uel ex teſtamento,
uel iuditio familiæ herciſcundæ, ad uniuerſum debitum
compellere exſoluendum. Iuxta l. pacto ſucceſſorum. C.
de pact. & l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. primo. Bal.
in d. l. ij. C. de hæred. act. nu. 6. Bar. in l. iij. in princ. ff. de li-
bere legata. & l. ij. eo. tit.
2 Fallit quando debitum eſt indiuiduum, quoniam hære-
des tenentur inſolidum. ut in l. in executionibus. §. ij. ff. de
uerb obligat. hoc idem in omni ſeruitute. ut dicit glo. in
uerſi. ſecunda. d. §. ii.
3 Fallit quando relinquitur aliquid pro forma, & forma
eſt quid perfectum ex omnibus ſuis partibus, alias non
eſt forma. ſecundum Bal. in d. l. ii nu. 4. C. de hæredit. act.
4 Fallit ſi res quæ debet reſtitui ab uno, ille teneatur in
ſolidum. l. ſi duo. ff. de poſit. & l. iii. §. ſi hæres. ff. commodat.

& hoc quando dolus committitur, & iſta materia tractatur ample in l.ſtipulationes non diuiduntnr.ff. de uerbo. obligat.& ibi Bar. & Moder.

5 Fallit 5. quando pollicitatio eſt facta ad honorem, apud agentes pro republica. ut l.i.ff.de pollicit.§. ſi quis: & l. ex pollicitatione.ff.eo.tit.

6 Fallit 6. in materia alimentorum, quæ uel uoluntate defuncti uel iudicis auctoritate petuntur. ſecundum opinonem glo. in d.l. pro hæreditariis.C. de hæred.act.& l. ij.in princ.&.§.i.ff.de aliment.& hoc propter facilitatem tractionis.l.ſolent.ff.de annu. lega.

7 Fallit 7. in actione funeraria quæ contra hæredes bonorum ue poſſeſſores, cæterosque ſucceſſores datur inſolidum & intentatur, Deci.conſi.157.nu.2.& l.at ſi quis.§. ff.de relig. & ſump. fun.

8 Fallit propter rerum connexitatem, nam mandatum generale eſt ad omnia connexum & non poteſt pro parte reuocari.l.cum duo.ff.de in diem adiect.& l.i.ff.de procu.

9 Fallit in ſeruitutibus quæ diuiſionem non recipiunt, ex quo proportionabilis utilitas, ad quam ſunt inuentæ a iure in parte aſſignari non poſſunt. Bal. in d.l.ii. nu.3.de hæred. act.

10 Fallit in uſu, quia eſt inuentus ad ſuſtentationem uitæ qui ſi minuitur, corrumpit ſubiectum, & cibaria non ſecundum naturam exhibita, corrodunt ſubiectum, & ſic uſus aquæ perſonalis eſt, & ad hæredes non tranſit, de primo eſt tex.in l.uſus pars.ff. de uſu & habit. de ſecundo eſt tex.in l. uſus aquæ.ff. eo. tit.

11 Fallit ratione poſſeſſionis inſolidum conſtitutæ, apud unum: nam illæ inſolidum tenetur, quia tota obligatio diſcurrit in unum, ac ſi unus ſolus eſſet hæres, quia uelut debitor indiuiduus tenetur ex aſſc.l.iii.§.hęres.ff.cómoda.

12 Fallit fauore dotis & ultimæ uoluntatis. ut l. cum quis ab uno.ff de leg.ii.ubi conſenſus creditoris ad unum inducit obligationem ad alios. ut puta. ſicut inter uiuos poſſum delegare unum promiſſorem creditori meo: Ita in ultima uoluntate.ſecundũ Bal.in d.l.ii.n.6.C.de hære.act.

13 Fallit etiam quando intentatur actio, quæ non ſcindi-

tur per partes . ut l. in executione §. pro parte.ff. de uerbor.obligat.

14 Fallit ratione euitandæ abſurditatis. ut l. ſi non ſort. §.ſi centum.ff. de cond. indeb.& l. fundus. ille.ff. de contrah.empt.quia non ſit compenſatio de ſpetie ad quantatem. ſecundum.§.ſi centum . ꝙ not.

15 Fallit ratione rei incertæ , uel propter rei incertitudinem. ut l.ſi non ſortem.§.ſi.ff.de condit.indeb. Bal.not.in d.l.ii.nu.5. uerſi.titio.

16 Fallit quando actio perſonalis eſt unita cum actione reali, quia tunc ſequitur poſſeſſorem fundi , ut doct.in l. eadem.§.cato.ff.de uerb. oblig.

17 Fallit quando hæreditaria portio eſt incerta, & in pendenti, & creditores re indiuiſa non poſſunt actiones ſibi competentes experiri. pro ut in l.controuerſia.ff.de tranſ.

18 Fallit etiam ratione repellendæ uarietatis . ut l. nemnem.ff.de l.ii.& l.legatarius.2.reſpon.ff.de legat.1.quia legatarius non poteſt in parte legatum acceptare rei inſolidum legatæ & in partem repudiare.

## REGVLA CXX.

1 Obligatio inſerta in inſtrumento publico eſt probatio probata & non requiritur aliqua alia probatio, & eo ſtante debitor tenetur ad debiti ſolutionem & ſatisfactionem ſecundum Io.Gall.Deci.q.4.& Boe.q.154.num.9. Rom. ſing.679.& in conſ.446.& Marſ in l.p.nu.170.ff.de quæſt.

1 Fallit 1. quando in d. inſtrumento nulla eſſet inſerta cauſa.l.non nudis. C. de probat. & c. cum ueniſſent circa medi.ibi faceret quod ſibi placeret de inſtitut.ubi concludunt ibi doct. ꝙ obligationes & promiſſiones generales de lo ben faremo non obligant . Boe.q 153. nu.37.tex. l.ii.§.circa.ff.de dol. mal.except. & ibi gloſ. ubi loquitur de ſtipula.& promiſſ. ſine cauſa. ꝙ not.

2 Fallit quando inſtrumentum eſt fictum & ſimulatum & non factum ſecundum ſtilum & conſuetudinem regionis. l.uenditores.C.locati.l.ii.C.de pact. inter empt.& uend.

Bar.

Bar.& Bal.in l.ii.C.de reſcin.uend.late. Cæpol.in ſuo tracta.de contract.ſimulat.nu.15. Gui. papa q.516.nu.2.Boe. q.183.nu.16.all,Iaſ.in l.pacta nouiſſima.C.de pact.& Bal. in l.per retentionem nu.2.C.de uſur. Alex.conſi.122.col. i in fi.uerſi.ideo prima facie. uol.2. Barba.conſi.5.in prin. uol.i.glo.not.in l.generali,C. de tabul.l.x.

3 Fallit etiam quando in inſtrumento appareret de errore manifeſto appoſito per notarium ſicut etiam error adiectus in ſententia impedit executionem ſententiæ ubi incontinenti ex actis apparere poteſt de ipſo errore. Ita Io de Imola in c.cum berta extra de re iudicat. Guid.papa q.50.nu.2.uerſi.maxime quando nullitas, ita etiam inficit inſtrumentum, ut ex eo nullam meretur executioné, quia ubi error eſt. ibi conſenſus non adeſt.uulgat.l. conſenſui.§.f.ibi nó uidetur cóſentire,qui errant.ff. de reg.iu.

## REGVLA CXXI.

1 Obligatio facta de omnibus bonis ſuis, intelligitur etiam de alienis bonis, a ſe bona fide poſſeſſis. Bal. in l. certi iuris, in fine.nu.13.C. locati. Roma. ſing.636.nu.1. all tex.in l.ſi ab eo.ff.de pignor.& Bal.in l.& quæ nondum ff. eo.tit.quia qui bona fide poſſidet habetur pro uero domino,& fructus lucratur. ſecundum Rom.ſing.534.& hoc propter dictionem ſuis, qui bona ad ſe pleno iure pertineant. ſecundum Luc. de Pen.in l. omnes. nu.23.C. de decur.l.x. pronomina. n. meum, tuum, ſuum. Denotant ꝙ res ad ſe pleno iure pertineát quo ad proprietatem & uſumfructum, ſecundum tex. in l. ſeruos, in princ.ff. de leg.iii. quam perpetuo obſerua.

1 Amplia.ut ſi poſſideat bona fide cum titulo iudicis decreto quia eo tunc dicitur uerus dominus. Ita Bal. in l.ſi finita.§.non autem.nu.4.ff de damno infect.ꝙ not.

2 Amplia. ut hoc pronomen meum, tuum, & ſuum denotat rem de qua agitur pleno iure ad ſe ſpectare, & quo ad dominium.i.proprietatem, & uſumfructum.l.ſeruos,in princ.ff. de l.iii. interdum denotat rem communem, in-

terdum dicitur eſſe alicuius quo ad protectionem, tām aliquando ſignificat ꝙ is talis habeat directum do. interdū utilem, do. interdum fit feudalis, uel emphitheota, uel ſimiles de quibus plene in l. p. C. de theſaur. l. x. & uide Lucas de Pen. in l. omnes. C. de decur. l. x. nu. 23.

3 Amplia. etiam ut hoc pronomen meum dicitur, large ſumpto uocabulo quod eſt. mihi debitum. ſecundum Roma. in conſi. 259. num. 2. alleg. tex. in l. ſi me & titium. ff. ſi cert. pet. & l. ſi pecuniam. C. de neg. geſt. & l. i. ff. quod cum eo: cum aliis infinitis.

## REGVLA CXXII.

1 Obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, ita Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in princ. in decemo contrario. & in q. 9. ff. de uer. oblig. & Pont. in l. hereditatem. ff. de donat. Corn. conſi. 256. primus A & B. uol. 4. Soc. in l. qui Romæ. §. Flauius hermes. nu. 3. ff. de uerb. oblig. Soc. in Regu. 337. qui ponit tres fallentias, quas omnino, uide & conſidera infraſcriptas.

1 Fallit de iure cāno. ubi ſi in obligatione facti interuenit iuramentum. iurans præciſe tenetur ad factum. Ita Ant. de But. in c. fin. extra ne prælati. V. ſuas. & Corn. d. conſi. 256. l. 6. uol. 4. ꝙ not.

2 Fallit etiam fauore libertatis. Ita Soc. in d. §. flauius. nu. 3. ff. de uerb oblig. alle. tex. in l. liber. homo. §. decem. II ſecundo. ff. de uerb. oblig.

3 Fallit quoque quando quis per eam obligationem a ſtatuto introductam obligaretur ad aliquod merum factum, quia cum ſtatuta ſint ſtricti iuris. utique tenetur præciſe ad obſeruantiā d. obligationis ꝙ not. Deci. conſi. 645. nu. 6. ii. uol. 2. Aret. conſi. 14. col. 3.

4 Fallit quando quis habet modum facultatem & commoditatem tradendi, quia eo caſu poteſt cogi ad tradendum præciſe. Ita Bar. & glo. in l. i. ff. de act. empti. & l. ex empto. in princ. ff. eo. tit. Bal. in l fi. C. de pact. Ang. Aret. conſi. 28 col. i. uerſi. plus dicit Bal. Deci. not. conſi. 503. nu. 2. uolu.

uolu. 2. quod not.

5 Fallit 5. quando quis eſt obligatus aigore teſtamenti ad aliquod factum, quia obligatus ex diſpoſitione teſtatoris, ad factum præciſe. eo tũc tunc aſtringi poteſt. tex. eſt in l. fideicommiſſa. §.. fi. ff. de leg. iii. Deci. d. conſi. num. 2. uerſi. tertio, ex alio capite. Deci. conſi. 274. nu. 6. ꝙ not. & tene menti.

6 Fallit 6. quando quis tenetur ad factum ex diſpoſitione legis. tunc præciſe ad illud cogi poteſt. Bar. in l. hoc autem edicto. col. 2. ff. de op. no. nunc. Bal. in l. nec patronus. ad fin. n. C. de oper. libert. Dec. d. conſi. 274. nu. 6. uol. i.

## REGVLA CXXIII.

Obligans omnia bona ſua præſentia & futura non cenſetur ea obligare bona, quorum cauſa ueniret puniendus. glo. eſt ſing. in auct. de reſtit. in uerſi. ſi uero contigerit. Ita Bal. in l. uoluntas in fin. uerbis. ubi dicit ꝙ in generali ſermone non continentur prohibita. & in c. i. §. imperialem. in primo uerſi. ſed nunquid ſi contrahit. de prohib. feud. alien. Alex. conſi. 158. num 6. uol. 2. Barba. in c. Raynaldus de teſta. fol. 40. 6. & Bal. in l. i. ad fin. ff. de re diu.

1 Amplia. ut nec ea quidem, quæ quis in ſpetie non eſſet obligaturus. l. obligatione generali. ff. de pignore. cum aliis ſimillib.

2 Amplia. 2. ꝙ ſeruo pignori dato, non uenit eius peculium. ut l. i. §. i. ff. de pignore, & ibi Bal.

3 Amplia. ut in generali etiã donatione non ueniunt ſuppellectilia. ſecundum Corn. conſi. 176. d. uol. 2. Mat. Math. ſing 136. num. 3.

1 Fallit hæc regula, quãdo quis non haberet niſi unicam rem tãtum quia eo caſu cenſetur etiam illam obligare ad hoc ut obligatio non efficiatur inutilis, & fruſtatoria. Ita Bal. in l. liberti. circa medium penult. col. C. de op libert. ubi ſi filia nullum ius habet in bonis patris, & nullum ius habet niſi dotis. cenſetur illud ius dotis cedere, ne

ceſſio

ceſſio reddatur inutilis. Ita Petr. Gerar. ſing. 35.

## REGVLA CXXIIII.

Obligatio dicitur alienatio ſecundum communiter ... cto. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. & l. qui poſt. C. ... legat. Alex. conſi. 169. nu. 5. uol. 6. ubi prædio legato ſi ... ſtator poſt teſtamentum prædium obligaret, utique te... ſtamentum quo ad prædia legata, robur & integras uires retinet, quia pignoratio æquipollet alienationi, ut l. ſi, eam rem. ff. quæ res pign.

1 Fallit hæc regula in ſtatutis quæ reſtringi debent & nomine alienationis non uenit pignus. ſecundum Aret. eximiæ dominæ ii. col. conſi. 125. Soci. conſi. 75. col. 2. ... ca præſentem Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario in fine, ubi dic... ꝙ obligatio bonorum impropriiſſime dicitur alienatio & merito non habet locum in ſtatutis. ſecundum Aret. ... conſi. 14. col. 3. incip. uiſo, quia regula locum habet de iu... re communi ſecundum Deci. conſi. 645. nu. 6. & 9. & pro... hibita alienatione uidetur etiam prohibita hypotheca ... conſi. nu. 5. & prohibitus extra familiam alienare non po... teſt extra familiam hæredem facere. Deci. conſi. 481. num. 2. ꝙ not.

Sed tu uide ea quæ late ſcripſi in tract. meo de ordin. præcedendi in uerſi. alienari. nu. 51. & de iure prothom. in §. i. nu. 199. uſque 213. ꝙ not.

## REGVLA CXXV.

1 Obligatio ad antidora ſoluti repetitionem impedit, glo. eſt not. in l. ex hoc iure. in uerſi. obligationes, ad ... nem. ff. de iuſt. & iure. Soc. in l. ſi non ſortem. §. libertu... de cond. indeb. nã qui recipit ſeruitium ab aliquo, tene... remunerare, quia benefacienti eſt benefaciendum & ... ſoluit nó repetit. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hæred. Ita Affl. deci. 307. nu. 13. & 14. & illa ad agendum non eſt efficax. ſm Bar. in l. ambitioſa. col. i. ff. de Dec. ab ordin. fac.

1 Fallit

2 Fallit quando obligatio ad antidora obligat in genere ad remunerationem, quia eo caſu non impedit ſoluti repetitionem. ut Soc.in d.§.libertus.not.11. ubi allegat.glo. & doct.in d.l.ex hoc iure. Tu uide Franc. Aret.in l.laudabile.C.de aduoc.di.iudit.Felin.in c.ad noſtrã in fine uerſi. extra glo.de probat.

3 Fallit etiam quando per eam efficeretur locupletior, prout faciunt Cardinales, qui plerunque ſymoniam committunt, quando conferunt beneficia ut ab illa obligatione ſe eximant & liberentur. ſecundum Deci. in c. ad noſtram. nu. 18.19. & 20. de proba.

## REGVLA CXXVI.

1 Obligare non poteſt clericus futuros redditus ſui beneficii ſaluo quantum ſit. pro tertia parte ſibi de iure tangente,& deducto eo ꝙ ſit pro ſuſtentatione & Alimento ſuæ uitæ. Ita Innoc. & Mod.in c. peruenit de fideiuſſ. in uerſi.redditibus in glo.Bal.in l.ſpem eorum præmiorũ. C. quæ res pign.oblig.poſſ. & Bal.& Alber. in l.ſtipendia. C.de execu. rei iudic. & ibi Bal. Ang. & Saly. Deci.in c. reprehenſibilis. nu.28. de appell.

1 Fallit 1. quando obligatio tendit ad beneficium & ſubſidium ſuæ eccleſiæ uel commodis reipublicæ. Ita ꝙ ſeruire poſſit indigentiis ſuæ patriæ. uel commodis ſuæ eccleſiæ, quia in ſupradictis caſibus, bene poteſt clericus redditus ſui beneficii,obligare & hypothecare. ſecundum Boe.q.226.num.2.

2 Fallit etiam quando obuentiones & fructus beneficii obligantur layco. uel ſæculari; & non perſonæ eccleſiaſticæ. pro ut in c.17. ſeſſio.23. & l.fin.C. quæ res pigno. oblig. poſſunt. Bal.conſi.320. magnifica. nu.2.uol.3.Boe. q.224. nu.3.

3 Fallit etiam quando ſunt detenti aliqua infirmitate, uel corporali neceſſitate ut in c.unico.de cleri. non reſid. in 6.& doct.in c.cum non deceat de elect.eo.tit.Old.conſi. 117. & Bal. in l. ſi ea. C. de cond.inſert. Bar. & doct. in l.

quæſitum. ff. de leg. iii. Bal. in l. i. C. de ijs quibus ut indign.
Boe. q. 17. nu. 5. 6. & 7.

4 Fallit etiam in ſeruitoribus papæ qui licet ſint abſen-
tes percipiunt tamen fructus ſuorum beneficiorum, qui
ipſi poſſunt obligare pro ſuis urgentibus neceſſitatib.
ſecundum Boe. d. q. 17. nu. 8. all. tex. in c. bonæ de poſtu.
prælat. & Abb. Io. Andr. & Antonius de But. in c. cum di-
lectus de cler. non reſid. & poſſunt aſſignari creditoribus,
ex quo fructus beneficiorum ſunt temporales. ſecundum
Boe. q. 226 nu. 3. ad fin. d. quæſtion.

5 Fallit quando imponeretur aliqua gabella uel taxa in
communi pro refectione pontium uel uiarum, quæ per
currus. & plauſtra deſtruuntur. tunc clericus poterit obli
gare partem ſuorum redditutuum agentibus pro communi
pro publico beneficio tuendo. ſecundum Dec. in c. ſanctæ
Mariæ. nu. 272. de conſt. Bal. in l. ad inſtructionem, C. de
ſac. ſanct. eccle. Feder. de ſent. conſi. 207. nos.

## REGVLA CXXVII.

1 Omnia inuecta & illata in domo conducta cenſentur
eſſe obligata domino domus pro pẽſionibus currentibus,
doct. in l. certi iuris. C. locati Roma. ſing. 191. Soc. regula
192. fall. 6. neg. in tract. de pignore 4. membro ij. par. prin
cip. 12. caſu ij, modo in dubium reuocatur an executio fa-
cta in bonis depoſitatis, uel accommodatis in domo ali-
cuius, pro penſione, ſeu affictu ad inſtantiam proprieta-
rij, ſeu d. domus ualeat aut teneat, tu omiſſis ambagi-
bus tene ꝙ ſic. ex ſtilo & uſu patriæ noſtræ. prout iudi-
catum fuit, & eam plene diſcuſſi & examinaui in c. 26. nu.
16. & 17. in tract. meo de ordine procedendi in iudic. &
Affict. in deciſ. 184. nobilis quidam & communiter doct.
in d. l. certi iuris. C. locat. & ſimiliter in fructibus natis in
terris domini, & per conductorem laboratis ipſe omni-
bus anteponitur, & conductor tenetur potius uendere fru-
ctus domino quã alicui alteri pro iuſto precio; quæ res
in ſe habet æquitatem prout Bar. Ang. & Luc. de Pen. in
l. i. C. de metal. & metal. l. 11. Caſtr. conſi. 4. uerſi. præ-
terea

terea ſi dictis uolum. 

1 Fallit 1. hæc regula quando bona ut ſupra inducta non ſunt appoſita in ea domo eo animo ut perpetuo ibi permaneant ſecundum Pau. de Caſt. in l. item quia. ff. de pact. Afflict. deci. 184. & Io. Fab. in. §. Item ſeruiana inſt de act. Quod tamen ſecus eſt. in hac ciuitate Veneta ob antiquiſſimam conſuetudinem, hactenus obſeruatam ꝙ nota.

2 Fallit hæc regula in illis bonis, quæ ex forma legũ pro pignore nullo modo accipi poſſunt. ut puta animalia bouina, & inſtrumenta ruſticana, bona per dominum noſtrũ alicui ex gratia donata, & alia bona de quibus in regula 143. pro pignore accipi non poſſunt. ut l. pignorum. C. quæ res pro pig. oblig. non poſſ. l. ſancimus nemini. C. de ſac. ſanct. eccl. monumenta etiam pro pignore accipi non poſſunt. ut l. inuito. C. de relig. & ſumpt. & l. iii. C. quæ res pign. oblig. ac de quibus in reg. ;143. & in parte Senatus 1398. & 1271.

## REGVLA CXXVIII.

1 Occidens hominem tenetur ad expenſas medicorum, & ad expenſas operarum interfecti. i. habita ratione ad tempus quo occiſor uiuere potuiſſet. l. fin. ff. de his quæ deie. uel effund. & ad extimationem operarum, & ad artem, quam exercere ſolitus erat. ſecundum formam. l. hæreditatum. ff. ad l. falcid. Ita ſpe. in tit de iniur. & damno dato. §. ſequitur uerſi. ſed nunquid cum ſeque pro ut in crimine falſi. ut l. qui nomine. ff. de falſ. & hoc quando proceditur ciuiliter ſecus uero quando criminaliter uirtute. l. Corneliæ de ſicar. quia una tendit ad uindictam, altera uero ad perſecutionem rei familiaris. Ita Cyn. in l. ſi non cõuicij q. 15. C. de iniur. Soc. cõſi. 146. col. penul. & ſi. uol. i.

2 Fallit regula in ijs quæ eueniunt in pura rixa, quæ caſualiter euenit, nam ſi occiditur unus & conſtat poſtea de uulnere illato per unum ex pluribus ibidem aſtantibus, non tenentur alii, ſecundum conſi. Saly. & Anch. in conſi.

 216. nos.

216.nos. nu.5.& Caſſa. conſi.58. licet pro parte & Gram
mat. deci.25. nu.5.& 6.

2 Fallit in homicidio commiſſo ad neceſſariam defen
ſam, quia naturale quippe eſt. ut in crimine, quis ſe de
fendat uulg.l.ut uim.ff.de iuſt.& iure. Flor.in l.ſcientia
.§.qui cum aliter.ff.ad l.acquil. etiam per fas & nefas, quia
natura uiuendi ratio, dulcedo eſt. arg.l.qui cum maior.§.
5.ff. de bonis libert. & huic defenſioni nec papa, uel im
perator derogare poteſt. ſecundum clem. paſtoralis, de
re iud. & aduerſus pericula ratio naturalis permittit ſe de
fendere, quia arma & manus ſunt inſtrumenta apta, & ge
nerata ad tutelam corporis. pro ut ſunt ungues & roſtri
auium ad ſubſidium naturæ & ad defenſam corporis pari
tur & in homine. pro ut late dixi in tract. meo ad defen
ſam in cauſis criminalibus, in princ.

3 Fallit etiam in omnibus delictis caſu, & non ex propo
ſito commiſſis: pro ut doct. omnes in d.§. qui cum aliter
ff ad l.acquil.& ibi Flor.& Ang. in uerſi. & dictus tract.
defend.nu.2. & 7. in ſuo tractat. C. & in pract.mea. C. ad
defenſ.nu.105.

## REGVLA CXXIX.

Opem præſtare dicitur qui ſtat armatus, tempore quo
1 maleficium committitur, etiam ſi arma non mouet. Ita
Bal. in l.data opera. col.2.uerſi. Item notando. nu.19.C.
qui accuſ.non poſſ. Io. And.in c.perfodiens de homic.Bar.
in l.iij.§.Armis.nu.1.ff.de ui.& ui.Armat. Anch.conſi.
nos Borth.num.4 Felin. in c.ſicut. nu.5.uerſi. & adde, q
illud dicitur præſtare, de homic.

1 Fallit quando quis eſſet præſens, & aſſiſtit alicui ſim
pliciter, quia tunc aliquo modo opem ferre non dicitur
ut ſing.Bar.in l.i.§.ſi in eo.ff.ad ſyllan.& aliis ut ibi p
2 Fallit etiam quando quis aſſiſteret maleficio poſt de
ctum commiſſum, quia non dicitur opem præſtare. Ita
Bar.in l.non ſolum.§.ſi mandato & l.ſi quis in graui §.ff.
ad ſyllan.& l.furti.§.opem.ff.de fur n.6.

3 Fallit

3 Fallit itidem quando tractatur de crimine hæꝛ̃ſis, ubi præſtans opem punitur etiam poſt actum commiſſum, ut c.excommunicamus.§.credentes extra de hæret. nam appellatione fauoris etiam comprehenditur qui poſt actum fauorem præſtat. ut Abb.in clem.i.col.ii.de pen. & ꝙ dicitur de hæreſi. Idem uidetur in aliis atrociſſimis delictis. pro ut in raptu: crimine legis maieſtatis. in crimine imprimendæ, uel formandæ monetæ. ut l.i.C. de iis qui latro occult. uel dicamus, ꝙ in dictis caſibus, ita ſit per leges expreſſum ꝙ not.

4 Fallit etiam in caſu pacis ruptæ, eſto etiam ꝙ ignorauerit pacem ruptam. & hoc ob pacis priuilegium. ratio quia in exceſſibus dans operam rei illicitæ tenetur etiam ultra intentionem. ut not. Bar. in l.diuus.ff.de ſicca.& c.fi. de homic.in 6. & Ang.in.§.fin.in auct.de eccl.titu.ubi inſtruit formare inquiſitionem contra auxiliantem. ut dicatur, quod præſtitit auxilium ſcienter. quod not. Roma. conſi.27.præmiſſa in princ. ꝙ tu nota

5 Fallit itidem, quando cooperans mittit manum delicto faciendo aliquem actum, ſecus uero ſi nihil egit. ut in c. ſicut dignum.§.illi etiam iuncto.§. præcedenti.de homic. & fuit opinio Dini relata per Saly.in l.i.C. de rapt.uirginum col.14. Ang. in l. is qui opem & l. furti.§. ope.ff. de furt. Anch. conſi.117.& Bar. in l. ſi quis rem la.ij.§. ſi titium.ff.de furt.

6 Fallit quoque quando uerba legis, uel ſtatuti ſunt ſcripta in perſonam. ut ſi dicatur ſi quis fecerit, uel percuſſerit, nam præſtans opem non dicitur proprie delictum committere. ut Ang. Bar. & Marſ.in d.l.is qui opem.ff.de furt.Ang.in uerſi.aſtitit. uerſi.2.in ſuo tract. C. Alex.conſi.140.uidetur, col.3.uol.2.Bar.in l.hæc uerba.ff.de adult. & in l.ut qui aliter.§.fin.ff. quod ui. aut clam.

7 Fallit etiam quando l.aliter diſponit de perſona delinquentis & aliter de præbente auxilium, quia a diſpoſitione legis non eſt aliquo modo recedendum. ut doct.in d.l. is qui opem.& l.i.in fine.C. de nili agg. non rumpen. Felin. in c. ſicut dignum de homicid. Hypp. conſi.24.num. 28. & late Ange. in l.i. col. penult. C. de nil. ager. non

rump. & conſi. 172. quod not.

## REGVLA CXXX.

1 Papa diem functo, an poteſtas data conſeruatorib expiret. Tu tene ꝙ ſic, quo ad negotia nondum cepta.ut eſt in c.hac conſtitutione officiorum. de officio delega. in 6.& ibi Ancha. in 9.not. & Io. Fab.in.§. item ſi adhuc inſt.mandat.n.1.& Guid. papa.q.247. in princ.

1 Fallit ſi conſeruator eſſet delegatus ad uniuerſitatem cauſarum uel legatus de latere. ut c.quamuis extra de offi. deleg. & ibi Deci nu.1. & idem in legato de latere qui proconſuli æquiperatur. ut c.2.de offi.legat. in 6. ſed le gati proconſulum iudices dare poſſunt. ergo ſubdelega re etiam poſſunt ut l.legatus.ff.de offi.proconſ.& ibi Bar. & Bal. in terminis hoc tenet. in l. A iudice in princ.C.de iudit.& ibi Alber.& late Deci.in c. ſi pro debilitate.num 18.de offi.delegat.ꝙ not.

2 Fallit etiam in inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, qui uidentur habere ordinariam poteſtatem, & papa defun cto non expirat eius iuriſditio & hoc fauore fidei, nam in ordinariis regulariter non expirat officium per mortem ſuperioris. ut in c.ii.de offi. legat.in 6.Ita Deci.c.in cau ſam matrimonii.nu.42. de offi. delegat.

4 Fallit etiam ſi cauſa fuit commiſſa ſub nomine appella tiuo, quia per mortem pontificis tranſit ad ſucceſſorem, ſecundum Deci.in c. quoniam Abbas. nu.13.uerſi. tertio de off. delegat. & maxime quando in delegatione cauſæ dictum fuiſſet ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ, quia per obitum papæ non expirat commiſſio per c. ſi gratioſe de reſcript.in 6.& ita not. & tene menti.

4 Fallit etiam in executore ſuper gratia dato a Papa nam eo defuncto non expirat eius iuriſdictio exequendi per obitum ſuperioris. Ita tex. in c.ſi cui. & c.ſi ſuper gratia de officio delegat.in 6. & d. Deci.in c.relatum.nu.21.de offic.delegat.

REGV.

## REGVLA CXXXI.

1 Pars una, an poſſit cogere alteram † partem ad concludendum in cauſa. tu abſolute tene ꝙ ſic, quia redditur in inuitum ſecundum Guid.papa in q.587. in princ.c. auditis de procurat. & c. quoniam contra de probat. & ibi Bal.Abb. & Felin.ac Deci.nu.119.& 229.& auct.iubemus & ibi Cyn. & Saly.de iudit.

1 Amplia. ut etiam coram arbitro concluſio fieri debeat pro ut etiam fit coram iudice ordinario, ſecundum Cyn. in l.ſi quis ex conſenſu. C. de epiſcop. Aud glo. & Roma. in l.i.in 3.col uerſi.ulterius.ff.de arbit. Felin.in c. cum dilectus de fid.inſt.in i.col. effectus autem concluſionis eſt, ut nil poſtea tam iuris. quam facti per partes produci poſſunt. ſecundum Roma.in d.l.prima. niſi adſit aliqua iuſta cauſa quæ iudicem moueat. ut Felin.in d.c.dilectus.Marſ. ſing.55.doctrina ac concluſio communis.

1 Fallit in cauſis criminalibus ubi non attenditur, neque obſeruatur concluſio in cauſa. Ita Iaſ.in repet.l.admonendi nu.50.ff.de iure iurand.glo.not.in.§.quia uerſi. multi in glo.in uerſi.concludet.i.auct.de teſtib. & Bal.in d.auct.iubemus, de iudit. C.

1 Fallit 2. ut in dubiis earum rerum, quæ ante concluſionem in cauſa acta ſunt. ſecus uero ſi iudex uellet quærere, uel interrogare de aliis ſecutis poſt, quia non poſſet. ſecundum Innoc. in c. cum Ioannes de fide inſtru. & ibi Felin. ꝙ nota.

## REGVLA CXXXII.

1 Pater an conferre poſſit in filium titulo donationis rem ſtabilem, ſeu prædium pro bona ſumma. tu abſolute concludeꝙ ſic:dummodo patri remaneat tantum, ꝙ alius filius uel filii non poſſint excludi a quærela. ſecundum tex. in l.ii.C.de inoff.donat.Bal.in l.fin.C. de uſucapion.Guid. papa conſi.20.uiſo facto.nu.3.& conſi.104.nu.3.

1 Amplia. ut donatio inter patrem & filium ualet & te-
net, dummodo iuramento firmetur. ſecundum doct.
præſer. Bal. in d.l. ſi. de uſucap. Guid. papa conſi. 263. in
honeſta mulier. nu. 2. uerſi. 1. quia dicta donatio. Bal. in
col. 3. uerſi. contra primam partem. C. de inoff. donat.
2 Amplia. ut donatio facta filio in poteſtate conſtitu
intuitu & contemplatione matrimonii ualet & tenet. Gu
papa conſi. 112. ex facti narratione. nu. 1. & q. 145. nu.
Bal. in l. ij C de inoff. donat. & ibi glo. & Guid. papa q. 14
in princ. & conſi. 20. uiſo facto. nu. 3. uerſi. & ſi forte. &.

1 Fallit etiã in donatione remuneratoria, ſeu ob cauſam
ſecundum tex. in l. ſi pater. §. 1 ff. de donat. & Bal. Saly. in l.
cum poſt diuortium §. patrona. ff. de iure Dot. & ibi Bar.
Bal. & Iacobus de S. Georgio, & Boe. q. 26. in prin.
2 Fallit etiam in donat. propter nupt. l. fin. C. communi
utriuſque iud. & l. ij. C. de boniſq; lib. & l. Illam. C. de col
lat. & Guid. papa q. 145. nu. 5. uerſi. ſed iuxta præmiſſa. &
q. 274. nu. 1. & in auct. ſed quæ nihil. C. de pact. conuent.

## REGVLA CXXXIII.

1 Pater tenetur dotare filiam ea dote quæ non ſit minus
gitima, habito reſpectu ad quantitatem patrimonij, con
uetudinem regionis ſi honeſtas, & qualitas perſonarum
& numerus liberorum id ſuadeat. Soc. in conſi. 150. uol. 2.
Corn. conſi. 77. uol. 2. in princ. & Soc. in conſi. 163. uerſi.
unde concludendum eſt; Alex. conſi. 134. nu. 30. & 31. in
6. uol. & in conſi. 83. uiſo ſtatuto. uol. 4. ubi dicit ꝙ legiti-
mina eſt debita de iure naturali, & cenſetur quaſi es alie
num, & in conſi. 7. uol. 2. ubi tenet ꝙ dos non debet eſſe
minus legitima, quia ſuccedit loco alimentorum. l. ma-
ter. C. de iure Dot. & ibi Bal. & idem in l. fin. C. de dot
prom. Bal. conſi. 323. nu. 3. uol. 3. & conſi. 451. in primo uol.
ſtatuto. & Saly. in conſi. 453. eo. uol. & late Grámat. deci.
101. nu. 29. uſq; 50. Boe. deci. 62. nu. 6. & deci. 104. nu. 11.
Bal. conſi. 179. incip. 1388. uol. e. Deci. cõſi. 171. nu. 5. & cõ
ſi. 27. nu. 2. Io. de Arno. ſing. 35. Saly. in auct. res quæ in
not. C. communia de leg.

1 Fallit

1 Fallit niſi per ſtatuta circa legitimant aliter diſponeretur, quia ſicut ex iuſta cauſa legitima per ſtatutum poteſt limitari. Ita & dos pariter poteſt ad certam quantitaté reduci. Ita Deci. conſi. 106. nu. 3. uerſi. 10. & ult. cum dos ſit quid uniuerſale, eo quia a ſe poteſt recipere augumentum & diminutionem, ſecundum Corn. conſi. 47. b. uolu. 2. & conſi. 77. c. eo. uol. 2. Matth. Mat. ſing. 120. & Campeg. in tract. de dote. in prima parte q. 4.

Fallit etiam in dote data filiæ, quæ ſi uſque ad mortem facultates ſunt auctæ, etiam dos augeri poteſt. ſecundum Filipp. Franch. in c. quamuis pactum. col. 3. uerſi. tertio limita. de pact. in 6. quia dos ſuccedit loco legitimæ. ut l. quoniam nouella. C. de inoff. teſtam. Paulus de Caſtro conſi. 206. alias conſi. 211. Boe. q. 62. nu. 6. Bal. in l. pactum oppo. 6. C. de coll.

## REGVLA CXXXIIII.

1 Parafrenalia bona ſunt ea quæ maritus adminiſtrat tacitæ uel expreſſe de uoluntate uxoris. ſecundum Iaſ. in l. maritus. nu. 11. C. de procurat. & ſoluto matrimonio per mortem mariti ſi bona ſunt attrita. hæredes mariti non tenentur. ſed debent reſtituere talia qualia reperiuntur. ſecundum Bal. ſing. in l. de his. C. de donat. inter uirum & uxo. & facit l. plerunque in princ. ff. de iure dot. & dicuntur parafrenalia a para, ꝙ eſt iuxta dotem, ſecundum Azo. C. de iu. dot. in ſumma Deci conſi. 621. nu. 2.

1 Fallit hæc regula niſi inter maritum & uxorem aliter conuentum eſſet in inſtrumento compoſitionis, quia pacta & conuentiones regulantur ſecundum intentionem & propoſitum contrahentium, ſecundum Affl. dec. 80. nu. 4.

2 Fallit etiam quando eſſet ſtatutum: prouiſio, ſeu decretum ꝙ mulier conſtante matrimonio non poſſet contrahere uel diſtrahere ad præiuditium ſuæ dotis, uel aliorum bonorum quæ perueniſſent in poteſtate uiri ſui, ſecũdum prouis Duc. Tar. in lib. 6. c. 18. fol. 30. ratio quia bonorum paraph. dominium eſt in libera diſpoſ. uxo. ſed eorundem

 admi-

adminiſtratio eſt uiri, uxore non prohibente. Ita Deci. conſi.521.nu.4.& 6. Bal.in l.uiua matre.C. de bo.mat.

## REGVLA CXXXV.

1 Pater in aduentitiis habet uſumfructum.l.i. C. de bonis mat.& l.ſi uiua.eo.tit.Old.conſi.214. factum, Rom. ſing.309.pr.& ſing.547.ſcis.l.cum oportet.§. penul.C.de bonisque lib.&.§.i.inſt. per quas perſo.nob.acquir.

1 Fallit ſi filius eſt emancipatus, quia quæritur patri uſufructus pro uirili.i.pro medietate, ſi unus eſt filius tex.est in l.ſi uiua matre. C. de bon. mat. Roman. ſing.547.ſcis Old.conſi.214. factum, quia pater habet uſumfructum & legitimam adminiſtrationem in bonis maternis. ut l.i.C. de bonis mat.Corn.conſi.i.f.uol.2.

2 Fallit etiam ſi pater efficiatur monachus, quia in toto perdit uſumfructum. Saly.in auct.ingreſſi.nu.7.& 9.C.de ſacr.ſanct.eccl.Abb.ſic:in c.in præſentia.colum.17.in fi. uerſi. ſed circa hoc de probat. & ibi Deci. num.255.& 256.Boe.deci.197.nu.10.

3 Fallit etiam in bonis feudalibus, in quibus pater nullum habet uſumfructum. Bal.in l.ſi uxorem. in ult.q.C.de cond.inſert.Boe.dec.199 nu.2.& 3. ratio eſt, quia feudum eſt ſeruitus.& daretur ſeruitus ſeruituti, quod eſt impoſſibile. ut l.i.ff.de uſuf. legat.

## REGVLA CXXXVI.

1 Pater non ſuccedit filio ſpurio, nec econtra ut Bal.in auct.licet.C.de nat.lib.quia inter eos nullum eſt ius agnationis uel cognat.in l. hac parte. & l. ſpurius.ff. unde cognat.idem Bal.in l.i.nu.4.C.de epiſcopis & cler Affli.deci.96.Boe.deci.127.nu.1. Iaſon in.§.pennales.nu.61.inſt. de act. Bal.in auct. ex complexu. C. de inc. & innu. nupt. Alber.q.49.in prima par.ſtat.Soc.in l.i.ff.ſol.mat.nu.45.

1 Amplia.d.regulam ꝙ pater etiam.poſt ipſius mortem

non poſſet. cómittere executus teſtamenti ad diſtribuendum bona inter pauperes, & eligere filium ſpurium pro paupere. Ita ſing. Bal. in conſi.162. quædam Franciſcus. nu.5.uol.6. Boe.deci.127. nu.14.

1 Amplia.d.regulam ut nec ſpuriis, uel inceſtuoſis pater aliquo iure ſuccedit, ſecundum glo.in l.uulgo.ff.de ſtatu homic.Bal.in c.in præſentia de probatione & ibi deci.nu.113. Boe. deci.127. nu.6. Iaſ.conſi.26. nu.3.& 4.uol.1. B. Aug.c.77.ſuper leuit.dicit, quæcuuque nati ſunt ex inceſtuoſo coitu, nec filii reputentur, nec parentibus ſuccedant.Io.de Anna. conſi.95.in fine. Et d.regula non ſolum procedit de iure ciuili, ſed etiam de iure poli. ſecundum cano.ut in c. non omnis 32.q.2.& c.dicat aliquis 32.q.4. & Gen.c.21.& Apoſtolus ad Gal.c.4.

3 Amplia.etiam ꝙ pater non tenetur emendare damnum factum pro filio ſpurio: ſtante ſtatuto, ꝙ pater teneatur pro filio, ſecundũ Alber. in prima parte ſtat.q.49. & Boe. q.127.nu.1.ratio quia tales filii non habent partem in bonis patris. Bal.in l.uulgo.ff.de ſtatu homin.glo.in l.i.in uer. naturales.ff.de bon.poſſ. contra tab.cum aliis concord.

1 Fallit hæc regula quando non ſupereſt, proles legitima, quia pater Agnatis non extantibus, poteſt tota ſuam ſubſtantiam in teſtamento, aut aliter relinquere filiis naturalibus, ſecundum auct. licet.C. de nat.lib.& hoc de iure ciuili: ſecus uero de iure canonico. per doct.in d. c. cum haberet.

2 Fallit etiam quando agnati & cognati renunciaſſent bonis paternis cum iuramento, quia tunc pater poſſet, uel inter uiuos uel in ultima uoluntate bona ſua relinquere filiis ſuis ſpuriis, uel uulgo quæſitis. ſecundum Roma.in d.conſi.43.nu.4.& 5. Matth. Math.ſing.146.& addi.

3 Fallit etiam quando pater eos uel eorum aliquos legitimaſſet, quia eo tunc ipſi haberent ius ſucceſſionis in bonis paternis ſecundum communiter doct.in d.auct.ex cóplexu.C.de inceſt.nupt.Roma.d.conſi.43.in fine.

4 Fallit quoque quando pater in teſtamento uel aliter relinquiſſet bona ſua d.filiis ſuis pro eis alimentandis, & dotandi

tandis, uel aliis piis cauſis de quibus in tractatu piæ cau
ſæ d. Andreæ Tiraquelli, quæ ſunt cauſæ 15. in eccl.

## REGVLA CXXXVII.

1 Pater ſi diſſipat bona ſua poteſt ei interdici adminiſtratio & alimenta filio decerni, tex. eſt cum glo. in l. cum filio. ff. de leg. i licet doct. 5. Saly. Bal. & Paulus de Caſt. dicant, ꝙ aut pater diſſipat bona ſua propria, & libera, & poſſunt filii petere, ꝙ aſſignentur tot bona libera, ex quibus uiuere poſſint. ſecundum l. fin. C. de ſent. paſſ. ſi uero diſſipat bona fideicommiſſio ſubiecta. Tunc ſibi bonorum aufertur poſſeſſio, & datur filiis. ut pater inde alatur ut l. imperator. ff. ad Trebell. Quamuis Bal. teneat. in l. ſi poteſt. ff. de adopt. ꝙ eis dentur tantum pecuniæ pro alimentis de menſe in menſem ut uiuere poſſint & hoc principio cuiuslibet menſis per l. fin. ff. de lib. agnoſc. & uide Iaſ. in l. ſi coſtante q. 7. ij. par. in fine. ff. ſolu. matr. & Boe. deci. 61. nu. 15. 16. 17. & 18. ꝙ not. & not. G. de Lo. ſing. 76. & Bal. in l. filius. ff. de procur. nu. 1. ubi tenet ꝙ patris uita eſt deformis filio, ius concedit habenas adminiſtrationis filio, & Bal. in l. quamuis. C. de fideicom. nu. dicit, ꝙ ſi pater eſt dilapidator bonorum filii priuatur administratione, & poteſt filius agere contra patrem & Soc. in conſi. 34. col. 9. uol. i. uerſi. 3. concluſio, ꝙ not.

1 Fallit hæc regula niſi pater dilapidaret facultatem intuitu & contemplatione filii, quia eo caſu filius contra patrem agere non poſſet, & quotidie uidemus parentes magis cruciari de incommoditatibus filiorum: quam de ſuis propriis. pro ut docet experientia, & alibi Bal. in l. Papinianus. nu. 1. ff. de inoff. teſta. dicit ꝙ pater magis tenetur filio, quam imperatori, & tueri filium quam ſeipſum ob nimiã affectionẽ q̃ gerit erga filiũ. ut quotidie uidem.

## REGVLA CXXXVIII.

1 Pactum factum in contractu nuptiali ꝙ ſoluto matrimo
nio

nio duæ partes dotis reſtituatur hæredibus mulieris defunctæ. Tertia retenta an de iure ſit ualidum. Tu indubitanter tene ꝙ ſic, quia ita l.Senatus 1420. cautum reperitur,& minime ſunt mutanda quæ certã ſemper interpretationẽ habuere l.minime.ff.de leg. & eſt tex in l.ii.C.de iure dot.& l.quamuis.C. de pact.conuent.& Bar.in conſi. 126.& l.debitor §.fin.ff.ad Trebell. & maxime ſtante generali conſuetudine in hac ciuitate uſque ad hæc tempora obſeruatiſſima uirtute d.legis 1420.

1 Fallit hæc regula in uidua, ut in fine d.l.1420. & hactenus ita ex conſuetudine obſeruatur in hac mag.ciuitate pro ut omnibus notum eſt.

2 Fallit etiam quando tale pactum initum eſt inter contrahentes de tota dote reſtituenda in caſu ſoluti matrimonii per mortem coniugum, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt & contractus matrimonii in dubio intelligitur factus, ſecundum loci conſuetudinem mariti. Ita Affl.deci.226.nu.1.& 10.ꝙ tu not.

3 Fallit etiam quando in ciuitate eſſet ſtatutum de tertiã partem dotis lucrando. pro ut eſt in multis locis Italiæ, ut in ſpecie conſul.Bal.in cõſi.102.uol.4.& idem Bal.conſi.124.quæſtio.eo.uol.per totum. ꝙ not.

4 Fallit quoque quando maritus non ſupportat onera realia matrimonij, pro ut faciunt & facere debent uiri ſuſtinentes onera matrimonii, & fructibus dotis.pro ut Bal.in conſi.53.quædam d. Richabella. nu.2.uol.5. & doct.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uir.ff.ſolu. matr.

5 Fallit itidem quando maritus occidit uxorem deprehenſam in adulterio, pro ut Rom.ſing 315 incip.propter adulterium, & Pet. Gerard. ſing.40. Marſ.ſing 234. paria delicta. & late in pract. crim.§. 6. nu.149. Boe. deci.338. in princ.Iaſ. in l.fideicommiſſum.C. de fideic.nu.4. Quæ ſupradicta locum non habent, in 3.caſibus, ut infra dicam ſi mulier adulterium committit de conſenſu & uoluntate uiri, ſecundo ſi uir uiuente uxore concubinas retinet, quia paria delicta. Tertio ſi poſt commiſſum adulterium cum ea ſe reconciliauerit mores approbando, ut l. uiro

atque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

atque uxori.ff.ſolu. matr. glo.ibi & doct. ꝙ not.

## REGVLA CXXXIX.

1 Pater de iure tenetur alimentare filios ſuos.l.ne. l.ſi quis ex liberis.§. ſi quis ex iis.ff. de lib.agnoſc.& ſi dotare.l.fin.C. de dot. promiſ. cum infinitis.

1 Amplia. ut non alimentare, ſed etiam tenetur ad indumenta, quibus humanum corpus tegitur: tuetur & conſeruatur. ſecundum glo. not. in d.§. ſi quis ex iis, in uerſ. non tamen onera, & l.uerbo cum l.ſeq.ff.de uerb.ſignif.

2 Amplia.d.regulam ut non ſolum filiam dotare tenetur, ſed etiam ſi uidua remanſerit pater poteſt etiam compelli ad dandam eandem dotem ſecundo uiro. Ita Roma.ſing. 788.auct. & refert. Io.And. in tit. qui filii ſint legitimi in hoc in addit.ad ſpec.in uerſi. Martinus de Fano. & Bal. nouell. in tract.de dot. parte.i.col.2. & parte 6. priuil. 16.Iaſ. in.§.fuerat col.penul.de act.

1 Fallit quando pater non habet introitus pro ſe alimentando, quia non tenetur eo tunc ad alimenta pro filiis, glo.not.in l.ſi quis a liberis.§.fin.in uerſi. liberto.ff.de lib. agno. quia debet magis ſibi proſpicere, quam aliis, cum prima caritas incipiat a ſeipſo. ſecundum Bal in l.i. C. de inoff.dot.l.Iulianus.ff.ſi quis omnis cauſa teſta.Ita Affli. deci.290.nu.9.

2 Fallit quoq; quando filius habet conueniens officium ſeu exercitium, quia tali caſu pater non tenetur alimentare filium, ſeu ad præſtationem alimentorum. Ita Deci. in c.Epiſcopus. nu.10.de præbendis. Bar.in l.ſi quis.§.i. uerſi. ſed ſi filius. in uerſi. ut operis ff.de lib. agnoſcen. uel quando manibus propriis poteſt ſibi uictum quærere quia eo tunc pater non tenetur ut Deci.ibi nu.10.ꝙ not.

3 Fallit quando filia præter consenſum patris matrimonium contraxerit, quia eo tunc pater non tenetur. Ita Boer. deci.130.nu.8. citando Bar. Ang. & doct.in l.obligamur.§.lege.ff. de act. & oblig. & doct. in auct. res quæ C. com-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. communia de legat, Bal. Nouellus in ſuo tract.de dote, circa med.uerſi. in fratre tamen eam alere tenetur. & Bal.in l.fina.C.de iure doct. & in hac ciuitate pluries iudicatum fuit ad curiam examinat. ad fauorem parentum contra filias & nouiſſime ad inſtantiam d. Baptiſtæ Aromat. ad inſigne ballantiarum de anno M. D. L X I I. in menſe Octob.

4 Fallit etiam quando filia eſſet hæretica, quia parentes eam dotare non tenetur, ſecundum Alex. poſt Bal.in l.ij. C communia de legat.& glo.in l.mater.C.de iure dot.in uerſi.mater. & l.cognouimus.C. de hæret. Alex.in l.i.nu. 11.ff.ſol.mat.& Carre.in tract.de hæret.nu.148.

## REGVLA CXL.

1 Pauper nobilis habens domum ruinoſam, ſi propter indigentiam non poteſt eam reficere, ne ciuitas eius deſtructione deturpetur. ut l.ſi.ff. nequid in loco pub.f.& l. 1.C.de edif.priua. poteſt compelli ad illam uendendum ut eſt in argumento.l.fin.C.quib.ex cauſis ſer.prem. lib. accip.& l.in l.ff.ad ſyllan.in princ. & fuit doct.ſp.in tit.de feud.§. eſt quoque. uerſi. circa hoc quæritur Felin.in c. nonnulli.col.22. de reſcript. Roma. ſing.718.& ſing.784. pauper & eſt pars M. conſi. in hac ciuitate 1546. 4.Sept. in hac materia.

1 Ampliatur d.regula ut habeat locum in proprietatibus huius inclitæ ciuitatis. Ruinoſis ex authoritate data clariſſimis Prouiſ. communis de uendendis, alienandis, uel liuellandis proprietatibus modis. & forma partis. ut in ea, quam uide, facta de anno 1546. 4.Sept.in M.conſi.

1 Fallit quando eſſet impoſita ſeruitus oneris ferendi in domo ruinoſa, quia tunc ſi poteſt, tenetur eam reficere ſumptibus ſuis ad hoc ut poſſit onera ſuſtinere, aliter dominus alterius partis tenetur eam reficere ſeu reſtaurare, ſecundum Cæpol.in c.59.in princ. de ſeruit. urba. prædio. nu.1. & nor.

REGV.

1 Pater itaque ſi uult poteſt in teſtamento relinquere fi-
liæ ſpuriæ non ſolum alimenta, ſed etiam dotem. Ita
in l.fin.ff.de iis quibus ut indig. & hoc de iure cano.
diſp.c.cum haberet. de eo qui dux. in mat. & fuit
Matth. Mat.146.not. & idem Bar. in l.Meuius.§.du
3.quæſt.nu.23.ff. de leg.ii. & l.uxorem.§. pater natura
ff.de leg.iii.Bal.in lege Mater. C. de iure doc. Abb.co
15. uidetur princ.nu.1.uol.ii.ubi tenet q dos ſucced
co alimentorum, & ſi poteſt alimentari filia ſpuria a pa
multo magis poteſt dotari. ut concl. doct.in auct.ex co
plexu.C. de inceſt. & inup.nupt. Bal.in conſi.456.nu.
& 9.uol.e.& Abb.cóſi.50.eo.uol.2.Boer.deci 127.in pr
Deci.c.per tuas de probat.nu.1. & 2. & Anch. conſi.
col.penul.uerſi. ſuper alio dubio, & dos a patre profe
ad patrem redire debet non iure ſucceſſionis. ſed iure
uertionis, ſecundum Abb. in d.conſi.50.nu.4.

1 Amplia. ut non ſolum ſpuriæ, ſed etiam inceſtuo
liæ pater in teſtamento poteſt relinquere aliquid
dummodo dicat, q ex cauſa alimentorum, uel pro e
tanda ſecundum Guido pap.q.280.in qua refert fuiſſe
dicatum de anno 1439. & ita tenet Roma. conſi.43.
all.auct.licet.3.C. de nat.lib.

## REGVLA CXLII.

1 Princeps dum procedit de plenitudine poteſtatis
quam citatio neceſſaria eſt. ſecundum communiter d
pro ut Bal.in l.nec cauſas nu.4.C.de appella. Bal.in l.
temp.appella. & idem Bal.in l.i.in princ.C. quomodo
quando iudex, & idem in l.executorem. uerſi. præ
C.de exec.rei iud. & Panor.in c. inter quatuor de m
& obed. Soc. conſi.87. uerſi. capio ſextam uolu.
ber. Brun. conſi.19. uerſi quarto moueor. Grammat.
ciſ.65.nu.50.uſque 63.& c.ſicut in iure, in fine, de e
prelat. Tiraquel.in tract.res inter alios acta limit.7.
ſolut

ſolitum multa coaceruat, & accumulat, & Soc.in cõſi.59. in cauſa nobilium,uerſi.6. & ult.uol.3. licet in hoc multi teneant citationem eſſe neceſſariã, pro ut Iaſ. & alii infiniti in l.Gallus.§.& qui ſi tantum in utraque lect.ff.de lib. poſthu. Abb. & Ant. in c.cum olim de re iudic. & can.in c. noſtra de procurat.& c.inter quattuor de maior.& obe. Soc.conſi.20.Memini. uol.3.Bar.in extrauag.in uerſi ſine figura,& d.in c.1.de cauſa poſſ.& propriet.Bal.& can.in c. in præſentia de ꝓbat.& idẽ in conſ.186.col.ult.uol.5.& in repet.rub.ff. de arbit. & in l.ſin.C. de legibus, & ibi Bal. ubi tenet. Citatio in ſentẽtia principibus fore neceſſariã, & Bar.in l.i. C. de cond.inſtit.l.ii.ubi tenet ꝙ princeps in cauſis debet obſeruare iuris ordinem & ibi Luc. de Pen. quia licet ſit.legib. ſolutus attamen ſecundũ leges uiuere debet. Dec.conſi.463.ad fin.& ſecundum eius bonam cõſcientiam. ut Bal.in l.ii.4.not.C.de fideicom.& Bar.in l.i. C. ut quæ deſ.aduoc.in fin. & Bal.in l.fin.in princ.C. de iure deliber.& quamuis dicatur principem eſſe dominum legum, non tamen eſt dominus morum. ſecundum glo.in clem i.de bapt.

1 Amplia. quando princeps procedit per uiam extraiudicialem, quia tunc non eſt neceſſaria. citatio ſecundum Rom conſi.369. circa primum in 5. dubio & Deci. conſi. 191.nu.6.& Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adopt.

1 Fallit in contractibus, quia princeps non poteſt tollere de plenitudine poteſtatis ius alicui quæſitum ex contractu. Ita Bal.in l.fin.col.pen.uerſi. dicas etiam.C. ſententia reſcind.non poſſ.& c.1.§. ad hæc. uerſi. Item not. ex glo.de pac.iur. firm.ſed agere poſſunt ad intereſſe,Card. conſi.136.col.fi. & Anch.conſi.188.nu.4.Deci.conſi.410. nu.22. & 23. & Anch.in conſi.427.nu.3.all.c. quamuis & c. ſi pro te de reſcript.in 6.& Io. And.in mercur.in c.ſine culpa de reg.iu.in 6.

2 Fallit etiam in legitimatione, quia principis poteſtas latiſſima eſt in ſubmouendo maxime impedimenta, eo quia per ſuum indultum poteſt tollere omnes actus inhabilita-

bilitationis ad hæreditatem ſecundum l.imperialis.C.de imperial. ibi nam omni macula penitus delecta & ſui quaſi natalibus redditis, & Anch.in conſi.308. nu.2.& & Brunus conſi.1.& 3. & Deci.conſi.360.col.5.&6.nu. & Bal.in l.cum filius.ff.de teſt.milit.& Bal.late in l.reſcripta.col.2.C. de reſcript.imperat. offerend.

## REGVLA CXLIII.

1 Pallor & trepidatio in præſentatis & carceratis eſt inditium fallax, & debile, ſed iudici arbitrarium, quia ſæpe uidemus, ꝙ homines de proprio honore ſoliciti, dum ſe in carceribus conſpiciunt, nil aliud cogitant, niſi quam labem ſit ex ipſarum incarceratione allatura & quæ futura ſit hominum opinio, ſed quandoque extra propoſitum obloquuntur, & perditis fere ſenſibus delirant, & ſemiſtulti fiunt, & tamen tanquam innoxii liberantur, ex carceribus & ob id diſcretus iudex debet animaduertere & eſſe multum circunſpectus ſecundum Bal.in l. preſbyteri col.2. C. de epiſcopis & cler. nu.2. quia dicit Lucas de Pen.in l.quotiens.nu.42.de dignit.l.12. ꝙ erubeſcere pallere & inconſtanter loqui ſunt ſigna male conſcientiæ, & ſecundum Ouid. O quam difficile eſt crimen non prodere uultu, & uide Gramm.uot.30.nu.4.& 5. & idem Lucas in l.eu ect.nu.12.C. de cur.publi.l.12.

1 Fallit hæc regula in homine a natura pallido, quia palliditas cum ſit a natura eſt, inuariabilis & immutabilis, niſi ultra paliditatem eueniret accidentia ſigna & inditia proxima delicto obiecto, quia tunc eſſet aliud præſumendum ſecundum ea de quibus in l.fin.ff.de act.;& obl.in fin. conſiderando tempora cauſas, & perſonas.

## REGVLA CXLIIII.

1 Princeps in conceſſionibus nunquam intendit inferre iniuriam tertio tex. eſt & ibi glo.not. in uerſi.generali.C. ſi cont.ius uel pub.utilit.& l.1.§.merito.&.§.ſi quis a prin-

cipe

cipe.ff.ne quid in loco pub.fia.Rot.deci.331. in no.& Bal. in l.reſcripta col.2.C. de præcib.imper.offerendis.

1 Fallit in 4. caſibus enumeratis & annotatis in glo.d.l. fin.& ibi Iaſ. in 6. limitationibus, quas omnes, uide & conſidera.

2 Fallit in conceſſionibus factis uiduis & pupillis, & licet illud met concedatur alicui tertio cum clauſula non obſtante, attamen nullo modo cenſetur derogatum, niſi fiat ſpecialis mentio de dictis uiduis & pupillis, ſecundū Alber.in.l.i.C.quando imp.inter pup. Feli.in c. accedentes de præſumpt. Grammat.deci.20.nu.1. Iaſ in l.i.col.3. de conſt princ.ubi princeps non intendit mutare contractus præceſſoris, & Deci. in re.nemo poteſt mutare.ff. de reg.iuris.

3 Fallit etiam quando princeps procedit de plenitudine poteſtatis ubi imperator ſine cauſa poteſt tollere nobis dominium rerum, & qui aliter dicunt mentiuntur pro ut Angelus in l.ii.C.de quadr.perſcrip. & l. item ſi uerberatum.§.i.ad fin.ff.de rei uendic.& late Deci. in c.quæ in eccleſiarum nu.103.uſque 112. de conſt.late Barb.conſi.24. uol.2.& conſi.63.col. antepenul.uol.4.

## REGVLA CXLV.

1 Præſumitur ignorantia ubi non probatur ſcientia,tex. eſt in c.præſumitur de reg.iur.in 6. Grammat.deci.36.nu. 16. & nota ꝙ ignorantia eſt triplex, bona, mala & indifferēs, & alia eſt iuris, alia uero facti iuris ignorantia multiplex facti uero certi,uel incerti de qua uide Luc.de Pen. in l.generali.C.de tabul l.10.nu.6.7.8 & 9.

1 Fallit in notoriis, quia illud publice ſcitur,quod publice eſt notorium, quia eo tunc præſumitur ſcientia ubi nō probatur ignorantia glo.eſt ord.in l.ſi tutor petitus.C.de peric.tut Bal.in l.p.C. de recept.& l.i C. qui aduer. quos Bar.in d.l.ſi tutor.doct.in c. quoniam contra.§.i.ut lit.non conteſt.glo. in clem.i. de ſepult. in uerſi. publice . Idem

Bal. in l.indicia.C. de rei uend.& Grammat. cop.in d.de ci.36. nu.17. 18. 19. & 20.

2 Fallit etiam in ignorantia probabili quæ omnino exc fat. quando maxime eſt ſine culpa, pro ut Abb. & De in c.2.de conſt.num.22. & facit tex. in l.i.ff. de recepta uerſi.latrones. Abb. conſi.35.nu.3. & Rom.conſi.473.nu. 1.& 2. Cæpol.conſi.21.nu.31. & 32. Pet. Gera.ſing.nu.. Rom.conſi.186.nu.5.& 6 Deci.conſi.440.nu.2.

## REGVLA CXLVI.

1 Proles uerbum ex forma pro uis:duc.ſe extendit uſque ad 4. gradum, at qui dicantur de prole dic ꝙ filii, nepotes ac alij inferiores deſcendentes uſque ad d. gradum ut l. humanitatis. ibi nec alia proles. C. de impub. & al.ſubſt. & in c.tum perhiben.de cland. deſponſ.ibi.§. ſi quis uerſ. proles legitima & c.nuper ibi deceſſerit ſine prole de donat.inter uir.& uxo.& l.officiales. ibi aut ſi proles defuerit. C.de epiſcopis & cler. & l.liberorum, in fin.ff. de uerborum ſignifi. & in c.i.de grad.ſuc. in uſ.feud. & Cæpol. conſi.62.1.2.7.Dec.conſi.258.nu.1.& 496.nu.5. Alber.in ſuo dict. in uerſi.proles. Cæpol.conſi.62.nu.1.& 2.in conſi.ciuil. Bal.conſi.334. nu.8.uol.3.ꝙ not. Franciſcus Cur. conſi.3. Soc. conſi.96. nu.26.uol.4. Boer.deci.ult.356.in princ.Anch.conſi.95. 3.col.nu.6.

1 Amplia. ut proles dicatur tam ex parte patris quam ex parte matris dummodo ſint de familia & ſtipite patris. ut puta de filia & ſorore uenditoris, quæ perſonæ ſunt de ſanguine & iis datur beneficium prælationis ex iure prothomiſeos, pro ut in ſtat. urbis Venet. Paduæ, ac Tar. & ad alias fœminas non ſe extendit hoc beneficium cum non ſint de ſanguine & familia uenditorum. ut l.pronuntiatio in fine. ibi mulier autem familiæ caput & finis eſt ff.de uerb.ſignif. & l. familiæ appellatione.§. fœminarum liberos in familia earum nō eſſe palā eſt quia et.ff.eo.tit.

1 Fallit in filiis filiarum, quia non ſunt proprie de agnatione

tione & conſanguinitate patris filiarum, ſed bene de alia familia & agnatione pro ut in l. familiæ appellatione.§. fœminarum, ibi in familia earum non eſſe palam eſt. ff. de uerb.ſignifi.& l.pronunciatio in fine.ff.de uerb.ſignifi.pro ut etiam dicitur de progenie. ſecundum Corn.conſi.317. col.2.uol.4. licet Bal. conſi.334.in quæſtione nu.4. & 5. dicat ꝙ appellatione propinquorum etiam fœminæ comprehenduntur, quando materia de qua agitur eſt indifferens ad marem & fœminam cum fœminæ ſint capaces beneficio prælationis, ut Bal. in d. conſi. & Tiraquel.in.§.i. glo.9.nu.199.quia filia eſt de domo patris. ibi qui ex eadem domo genitæ proditæ ſunt d.l. pronunciatio. in fin. ff.de uerb.ſignifi.

2 Fallit etiam in nepote, qui eſt de prole & de cognatione patris ſecundum Bar.in l.liberorum.uerſi.pone ſtatuto ff. de uerb.ſignifi.Bal.conſi.76.& conſi.262.uol.4.Boe.late.q.155.nu.3. & 4. Deci.in conſi.443.nu.9. Paul.de Caſt. conſi.162.col.5.uerſi.ulterius pro dicto nepote. uol.Corne.conſi.99.c.uol.3.& conſi.51.c.& d.eo.uol.3.& in conſi. 96.l.eo.uol. ubi tenet ꝙ nepos eſt de cippo & agnatione domus. & iura agnatorum habet, ſecundum Iaſ.in l.qui ſe patris nu.50. C. unde liber.

## REGVLA CXLVII.

1 Priuilegium datum filiis an ſe extendat ad nepotes, tu tene ꝙ ſic cum ſit communis apud doct. ratio, quia agnationis ſemper debet eſſe ſalua dignitas, immo magis per nepotem generatio augetur & agnationis memoria conſeruatur. ſecundum Roma. in conſi.123. licet magna in fine. Fulg. conſi.73. ſuppoſito. Bar. in l. liberorum col.5. uerſi. ijs præmiſſis.ff.de uerb. ſignifi. Franciſcus de Curte conſi.80. Bal.in l.ij.C. de in ius uocand. Ang.in.§.i.nu.25. inſt.de iu.nat gent. & ciuil. Iaſ.in l. de quibus. col.4 ff.de legibus. Anch conſi.423.uiſo puncto. col.fin.& 347.nu.2. ubi liberorum appellatione. Veniunt nepotes propter identitatem rationis, ꝙ not.

1 Fallit hæc regula quando in priuilegio dictum fuiſſet, concedimus tibi & filiis tuis tantum, quia dictio tantum excludit omnes alias perſonas. ſecundum Bal. conſi. 3. uol. 5. Iaſ. in l. filiusfam §. diui in 2. lect. col. penul. uerſi. p ampliatione. Deci. conſi. 328. ſup. Ancha. conſi. 95. nu. uerſi. uiſo de illo uerbo. col. 3. Steph. Ber. conſi. 184. in caſum. in 2. dubio uol. i.

2 Fallit etiam quando eſſet ſtatutum, ꝙ ſtantibus filiis, nepotes non admitterentur, quia eo caſu non daretur extentio propter claram ſtatuentium diſpoſitionem, quia ubi eſt caſus legis, non debemus aliam inueſtigare rationem. ſecundum Deci. conſi. 563. nu. 7.

3 Fallit etiam quando eſſet ſtatutum, ꝙ ſtantibus filiis maſculis fœminæ non admittantur, quia nepos ex filio excluderetur a maſculo. ſecundum Ang. Aret. in §. i. nu. 34. inſt. de iure nat. gent. & ciui. & Bar. in l. liberorum. §. i. ff. de uerb. ſignifi. & d. Bal. in l. p. C. de ſumma trinit. & fide cath. uerſi. ſubſequenter quæritur dicit ſtatutum. nu. 40 & 41.

4 Fallit etiam quando eſſet aliud ſtatutum, ꝙ uerba non interpretentur, neque gloſentur, ſed ad litteram uulgariter intelligantur, quia eo tunc non extenderetur ad nepotem pro ut uoluit Aret. in d. §. i. de iure nat. & ciui. inſtit. nu. 27. 28. & 29. ꝙ uide.

5 Fallit itidem quando perſona fuit cauſa priuilegii, quia uidetur eo tunc conceſſum perſonæ ob eorum fidem, & induſtriam, & ideo intuenda ſunt uerba priuilegii ſecundum Anch. in regula priuilegium col. 2. uerſi. tertio caſu de regu. iur. in 6. & Deci. in l. in omnibus. nu. 3. ff. de re. iur. Ang. conſi. 117. col. i. uerſi. præterea. iſta canonica.

## REGVLA CXLVIII.

Periti in arte ſua quando debẽt deponere in aliquo caſu
1 de† aliquo actu ſuæ peritiæ, an plures uel ad minus duo eſſe debent. doct. tenent ꝙ adminus duo in conformitate ſecundum Bar. in prohem. ff. i. coll. Saly. in l. comparationes. C. de fide inſtr. Felin. in c. propoſuiſti. nu. 7. uerſi. ſecunda concluſio de probat. Felin. in c. ſignificaſti. nu. 6. &

7.¦de homic. & tenentur iurare de credulitate tantum ut Bar.ind.prohem.ff.in uerſi.ſed aduerte . Bal. in c. propoſuiſti de probat.

1 Fallit quando peritus eſſet ſalariatus a populo , quia is ſolus ſufficit . Ita Bar. in l.i.C. de pond. & auricul. lib.x. Felin. & Cald.in c.propoſuiſti de probat.nu.7.& 9.ꝙ not.

2 Fallit etiam quando partes contentarentur de uno , ſecundum Roma.in l.i.§.fin.ff. de uerb.obliga.¦& Felin.in d. c. propoſuiſti, & Bar.in d.prohem.ff. uet in i.col.

3 Fallit etiam quando unus ſolus peritus eſſet in loco caſtri, ut Bar.in l.i.in fine.ff.de uerb.oblig.& in l.ſi in rixa.ff. de ſicca. Abb.in d.c.propoſuiſti in 2.col.uerſi. nunc diſcutiamus de probat.

4 Fallit etiam quando tractatur de re multum ardua & põderoſa, quia plures eſſe debent.ut c.præterea de teſtibus, & in hoc reſident Ang. Abb. & Deci. in d.c. propoſuiſti. nu.23 de probat. Alex.conſi.30. uiſa ſcriptura . in fin.ult. col.uol.i. & Bar.in l.iuris ignorantia in 2.q.C.qui admitti ubi inquit ꝙ ille qui ignorat iura debet conſulere plures peritiores. quando ſunt plures in loco , & ſi ſunt plures periti electio fieri debet de peritioribus. ut Ang.in l. qui luminibus in princ.ff.de ſeruit.urb.prædiorum ꝙ not.

## REGVLA CXLIX.

1 Pacta inter uirum & uxorem de inuicem ſuccedendo, ualẽt tex. eſt in l.licet inter priuatos.C.de pact.& in auct. ſed hodie in fine. ibi pactis inſtrumentorum in omni caſu ſeruandis.C.de adult.doct.in l. ſi pater puellæ.C.de inoff. teſt.Iaſ.in l.ex hoc iure nu. 51.ff. de iuſt.& iure. Bal.conſi. 29.nu.1.uol.5.dicit pactum uim.l. habere.l.Cæſar.ff.de publica. & l.penult. C.de donat.inter uir. & uxo.Deci.conſi. 202.nu.5. Old. conſi.139. ad habendam col.i. uerſi.ad ſecundum.

1 Amplia. ut d.¦regula habeat locum appoſitis pactis in donatione reciproca ſecundum Caſt.in d.l.pater puellæ,

 & ibi

& ibi Bal.& Iaſ. nu.6.Roma.ſing.820. prohibiti. Old.con ſi.139. col.i. pro ut etiam de donatione remuneratori quæ inſinuatione non indiget Rom.conſi.26.nu.3.

1 Fallit in 6.caſibus poſitis per Caſſaneum in conſi.Bu rubrica 4.§.7.fol. 169. quos omnino uide.

2 Fallit etiam in locis maritimis ubi datur beneficium e forma ſtatut.uiro & uxo.ſuccedendi inuicem a fra & ſuc ex inueterata conſuetudine quæ uim pacti habet ſecundũ Bal.conſi.182.nu.5.uol.i.&Deci.conſi.586.n.6.ꝙ not.

## REGVLA CL.

1 Pactum redimendi ſeu de retrouendendo perſcribitur annis 30. Ita uol.Io.Fab. in l.cum notiſſimi. C. de perſcr. anno 30. Paulus de Caſtr.conſi.429 in princ.Iaſ.late in l. petens nu.10.col.3.uerſi.circa iſta.C. de pact. Boer.deci. 351.nu.6.Ang.conſi.55. Anch conſi.331.uiſis col.2.uerſi. tertio eſt aduertendum Boer.q.183.num.5.ubi multa accumulat.

1 Fallit quando in contractu poſita eſſet dictio imperpetuum, uel quandocunque, ſecundum doct. tenẽtes ꝙ dictio quandocunque arguit tempus in infinitum. Fulg.conſi.156. ſtante ſtatuto Lucanæ, Corn.conſi.199. h.uol.2. Bal. Iaſ & Saly.in l.petens. C. de pact.Tiraquel.in glo.10. de retract.conſue.fol.73.nu.34.ubi multa accumulat.

2 Fallit etiam quando dictio quandocunque ſemper uel imperpetuum eſſet appoſita ad uitã alicuius T. uel A.tantum, quia eatenus quatenus uita illorum ſe extenderet, uniuerſalis prædicta reſtrictionẽ pateretur.Ita Steph.Ber. conſi.184.uidi caſum in 2. dubio uol.i. de iure reſpondit, Bar.in l.i.ff.ſi quis iuſd. non obtemp.tex.in l.non ſolum §. tale.ff.de lib.legat.Tiraquel.in §.i.glo.6.nu.2. & 3.de retract. conuent.

3 Fallit etiam quando in pacto redimendi appoſita eſſent illa uerba ꝙ ille talis tantum poſſet redimere infra annos 10. quia ad alias perſonas & tempus ultra præfixum non

ſe exteq-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe extenderet. Ita not. Bal. in conſi. 304. nobilis. uol. 5. & Iaſ. in rep. §. diui. col. penul. uer. pro ampliatione nu. 97. ff. de leg. iij. & Ripa nu. 3. late Tiraquel. in. §. i. gl. 6. n. 24. & 25. de retract. cõuentionali, ubi multa congregat. & accumu.

## REGVLA CLI.

1 Pactum de futura ſucceſſione inter fratres reciprocũ de iure eſt ualidum. tex. eſt in l. licet. C. de pact. Alex. conſi. 83. nu. 15. uol. 2. l. certi cõditio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. & conſi. 20. nu. 3. uol. 3. & conſi. 28. nu. 8. uol. 3. in terminis, & licet aliqui teneant ꝙ illa lex loquatur in militibus attamen communis opinio eſt, ꝙ tale pactum ualet. Ita tenet Boer. dec. 204. nu 15. & 16. & not. glo. notab. in c. quamuis de pact. in 6. in uerſi. improbet. & l. pactum quod dotali. C. de pact. Deci. conſi. 613. nu. 2. & conſi. 225. nu. 1. & 2. ꝙ not. Old. conſi. 127. uiſo inſtrumento pacti, ubi concludit ualere. ſed periculoſum fore omnibus.

1 Amplia. d. regulã ut ſi promiſſio de futura ſucceſſione fieret poſt mortem contrahentium, quia eo caſu eſſet donatio facta cauſa mortis, quæ ualeret. ſecundum Alex. in conſi. 28. ponderatis nu. 8. uol. 3. & eſt communis opinio doct. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. & Bar. Ang & Saly. in l. pactum quod dot. C. de pact.

1 Fallit fauore matrimonii maxime quando adeſt conſuetudo, ut Io. And. Ant. de But. in c. 1 ut lite non conteſta. Deci. conſi. 225. nu. 1. Bal. in c. i. §. filij nati. col. 1. ſi de feud. fuer. contro. inter d. & agn. Guido papa q. 267. pactum ubi in terminis: Bellam. conſi. 17. in fine.

4 Fallit in pacto de ſuccedendo in parte hæreditatis, quia de alia parte poterit teſtari & ſic non impeditur libera uoluntas teſtantis ſecundum Bal. in l. fin. col. fin. uerſi. ſed quid ſi donat. C. de pact. Alex. conſi. 29. col. 5. nu. 20. uol. 5. Deci. conſi. 225. nu. 1.

3 Fallit in teſtamento ſecus in contractu cum ſit contra bonos mores, attamen cum iuramento ualet & tenet iux-

ta diſpoſitionem c.quamuis de pact. in 6. & Alex.d.conſi. 28.nu.8.uol.3. ꝙ not.

4 Fallit etiam in pacto facto ad piam cauſam ſecund. Deci. in l.licet nu.4.C. de pact.all. Bal.in l.fin.uerſi. ad ſecundam quæſtionem. C. eo.tit. Anch. conſi.39.ꝓpter clariorem : ꝙ not.

## REGVLA CLII.

1 Pactum in ſocietate appoſitum ꝙ lucrum & damnum inequaliter diuidatur non eſt improbabile, ſecundum Corn.conſi.233. uiſo diligentur col.i.ubi a;quoniam maxime alter immittit in ſocietate plus altero. Ita Nic.de Mathare & Bal.in l.i.q.4.C. pro Soc. Deci.in l. ſi paſcenda pecora nu.5.C. de pact. quia contractus ex conuentione legē accipiunt.i.§.ſi conuenerit.ff.depoſit.& ſimiliter ꝙ lucrum & damnum æqualiter diuidatur. licet pluſquam alter unus immiſerit, in ſocietate. Ita Deci.in d.l.ſi paſcenda nu.7. C. de pact. all. Corn. conſi.187.col. penul. ubi e.uol.3. quia habet inſtar fraternitatis ſecundum naturam ſocietatis, ſi omnia hinc idem communicantur ad ſocietatem uniuerſorum cum.l.ſeq.ff.pro Soci. quæ ſupra dicta locum non habent, quando unus plus contulit altero in ſocietate & aliter conuentum non eſt. ſecundum Corn.in conſi.85. ubi 9.in fine. uol.3.ꝙ nota.

1 Amplia.regulam ut quando alter ex ſociis ponit in ſocietate plus pecuniæ, ſiue operarum uel rei maioris æſtimationis debet proportionabiliter & correſpectiue plus lucri percipere ſecundum Cor. conſi.152. ad euidentiam uol.3. & conſi.213.b. eo.uol. Bal. in auct. ex teſtamento C. de collat.Ang. & Caſtr. in l. cum oporteat. C. de bonisque lib.in princ.

1 Fallit regula quando capitalæ poſitum in ſocietate eſt æquale ſecundum Corn. conſi.311. ubi b. uol.3. & in l.ſi. pro Soc.§.i. Ange. conſi.113. quid autem ſi fuerit : quia equale debet eſſe & lucrum iuribus prædictis.

1 Fallit

2 Fallit etiam quando contrahitur ſocietas, uel unuerſorum bonorum uel rerum cum aliquo quia dotes uxorũ cõtrahentium nullo modo includuntur. ſecundum Barth. Soc. in conſi. 41. nu. 8. in conſi. ciuilibus.

3 Fallit etiam cum ſaracenis: hæreticis & hoſtibus, cum quibus nulla cum nobiſcum nobis poteſt eſſe ſocietas ſeu participatio lucri ſecundum doct. & maxime Innoc. in c. quod ſuper ijs de uoto. Deci. conſi. 51. nu. 3. & Bal. conſi. 128. nu. 11. uol. 6. Feli. in c. Ego enim de iureiur. & uide deciſ. Boer. nu. 179. nu. 7. ſunt enim leges, & decreta, quæ prohibent eorum commertium, & eis deferri aliquas res pro ut in c. ad liberandam. c. ſignificauit & c. quod olim de Iudæis. & l. ii. C. quæ res expor. non debent.

## REGVLA CLIII.

1 Pactum de retrouendendo quandocunque appoſitum in contractu emptionis & uenditionis aliis concurrentibus facit præſumi d. contractum ſimulatum uſuraticum & fœneratitium. tex. cum glo. in c. ad noſtram extra de empt. & uend. c. illo uos de pign. & ibi doct. in ſumma Ber. Innoc. Hoſt. & Goff. de pignore in fine communiter tenẽt ꝙ paruitas precii, pactũ de retrouendendo & ꝙ emptores ſoliti fenerari, facit præſumi contractum feneratitium. Ita Cæpol. in tract. de ſimul. cont. nu. 105. Roma. conſi. 423. pro pleniori per totũ Cor. conſi. 117. Caſt. conſi. 336. col. 2. & idem in eod. conſi. 5. col. in princ. & doct. in l. emptione. C. plus ualere, ꝙ agitur quam quod ſim. Archid. c. plerique 14. q. iij. & doct. in c. conqueſtus de uſur. Deci. conſi. 692. nu. 2. & conſi. 309. nu. 5. Abb. conſi. 76. col. 1. in p. uol. nu. 2. Imol. conſi. 55. & conſi. 99. in q. 5. Alex. conſi. 109. nu. 17. uol. 4. Bal. in c. 1. in princ. de feud. dat. in uim. l. com. col. 2. in fine ubi not.

1 Amplia. d. regu. ut locum habeat ſi pactum apponitur tempore emptionis & uenditionis, & ſic tempore dictæ conuentionis ſecus ſi ex interuallo, pro ut elegantur conſuluit d. Corn. Per. in conſi. 133. ij. col. h. uol. i. Gramma. deciſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deciſ.76. num.7. & 8. & Boer. deciſi.183. 1.&5.&co-
tra naturam actus, quia inſolita arguunt ſimulationem
pro ut eleganter Cor. conſi.288.ij.col.a. uol.3.& Ca
in tract. ſimul contract. in princ.ibi principal. not.

1 Fallit hæc regula quando in celebratione empt.&
ditionis nulla interuenit dolus læſio uel fraus: ſed emp
emit iuſto precio fundũ præditum & tempore uenditi
remanet in poſſeſſione pacifica rei uenditæ, & ſolutas
nuas grauedines pro fundo uendito illuſtriſſim. Duc.D.
& non eſt ſolitus fenerari, nec ad uſuram dare, de quibus
omnibus late Cæpol. in d.tract. uerſi.3. nu.13. & 19. q
eo tunc pactum retrouendendi non eſt ſufficiens per
ſolum maculare contractum pro ut doct. omnes in d.c.
noſtram, & locis ut ſupra citatis.

2 Fallit quando in contractu appoſita fuit dictio ſe
per & quandocunque, uel in perpetuũ, quia eo caſu hæ
redes uenditoris poterunt ſemper redimere & recupe
re poſſeſſionem uenditam & hoc propter duplicitatem
larum dictionum ſemper & imperpetuum, quia illæ
ctiones geminatæ arguunt uoluntatem contrahentium
pro ut uolunt doct. in l.ii.C de pact.inter empt.& uend.
Et alias iudicatum fuit in iis terminis in caſu v.nob.d.P
tri Mauroceno, cum d. Guerino de Odis nob. Parm
no anno.1549.

3 Fallit etiam quando ex communi uſu ciuitatis tollera
tur, ꝙ fiant liuella ſuper fundis, ſeu proprietatibus ur
in ratione quinque uel duc. 6. pro c. abſque aliquo pa
cto retrouenditionis, quia tunc carent ſcrupulo occult
ſimulationis. & ſuper illis competit agnatis & uicinis
prælationis pro ut late dixi in tract. meo de iure prot

## REGVLA CLIIII.

1 Pactum initum cum una perſona, & ſi hæredis men
non fiat. an ad hæredes porrigatur, iſta difficultas eſt a
dua & ad partes diſputabilis propter uarietatem doct.
uicem contendentium, nam alii tenuerunt partem nega
tiuam,

tiuam, quidam uero affirmatiuam. Tu in hoc dic, ꝙ eſt, tex. in l.fi.C.de contrahend. & cõm. ſtip.& l. ſi pactum.ff. de proba.l.uiam ueritatis ignoras.C.locat.l.ii.C.de pact. inter empt.& uendit. & l.iuriſgen.§. pactorum.ff. de pact. & l.ſi unus.§.ante omnia.ff.eo.tit.l.ſi neceſſarias.§.de uendendo.ff. de pign.act. Bal.in conſi.38. proponitur. uol.3. Idem conſi.70.uerſi.i.nu.7.Idem conſi.112.uol.2.in prin. & conſi.368.uol.5. circa med. Bar. & Soc.in l. a teſtatore ff.de cond.& demonſt. Deci.conſi.680.col.2.uerſi. circa primum nu.10.Bal.in c.ex parte decani. col.i.de reſcript. communiter tenent ꝙ pacta actiue & paſſiue tranſeunt in hæredes etiam ꝙ de illis nulla fiat mentio. licet Bal. in conſi.368. aliter ſenſerit, & tenuerit, ꝙ pacta perſonalia ad hæredes non tranſmittatur. Tiraquel.in tract.de utroque retract.in.§.i.glo.6.nu.1. uſque 40. multa in materia accumulat quæ uide, & obſerua, & tene opinionem Baldi.in conſi.112. in princ. ꝙ ſi natura uerborum & natura contractus & res in contractu deducta hoc patiatur, ꝙ ſit tranſmiſſibile ad hæredes tranſmittitur. Aliter non quod not.

1 Fallit ſi in pacto adiecta ſit dictio taxatiua tantum uel ſolum, quia tunc non extenditur ad hæredes ſecundum Steph. Bert. conſi.184. uidi caſum col.1.uol.1. Bar.in l.i. ff.ſi quis iuſd.non obtemp.Bar.& Ang.in l.ſi ſic ſtipulatus ſit.ij.ff.de uerb. oblig. Deci.conſi.28.col. penult. Roma. conſi.456. in propoſito. col.2.tertio.

2 Fallit etiam quando pactum fuit appoſitum in contractu ſocietatis, quia natura contractus non eſt, ꝙ tranſmittatur ad hæredes, quia morte ſoluitur l.ſocietatem.§. diſſoluitur. & l.uerum.§.fin.ff. pro Soc. Corn.conſi.54.nu.6. uol.i.& conſi.61. ubi a.eo.uol.i.

3 Fallit quoque quando eſt facta demonſtratio perſonæ per dictionem ipſe, uel per Gemin. tu tu. ſecundum Bal. conſi.304.nobilis uir.uol.5. & doct. omnes in l. filiusfa.§. diui & ibi Iaſ. Ang. Ripa.ff.de leg.i.

4 Fallit in conditionibus poteſtatiuis, ſecundum Soc. & doct. in l.qui Romæ.§. Augerius.ff. de uerb.obligat. quia

cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum ſit collata ad arbitrium alicuius. illa facultas morte expirat ſecundum communiter omnes doct. & Cagnol. rep. l. ij. C. de pact. inter empt. & uendit. q. 11. per l. ſi in arbitratu. ff. de uerbo. oblig. cum ſimil.

5 Fallit ſimiliter in pactis temporalibus, quæ ad hæredem nullo iure tranſeunt tex. eſt & ibi Iaſ. Ang. & Al. nu. 2. in l. epiſtola. §. de inofficioſo. ff. de pactis rationibus ibi adductis per doct. ꝙ not.

## REGVLA CLV.

1 Pater ex iuris cenſura in bonis filii naſcituri † habet uſumfructum, ex quo habetur pro iam nato, cum de eius commodo agatur. ut l. qui in utero la i. ff. de ſtat. hom. maxime in bonis aduentitiis, & profecti ijs. ut eſt glo. not. in l. ii. C. de contrah. & cóm ſtip. & l. i. C. de bonis mat. & l. cum oporteat & l. non ſolum. C. de bonisque lib. & pa-
2 tria poteſtate durante † filius nudam habet proprietatem quæ ſoluta per mortem patris, ad filium, uel filiam, pleno iure deuoluitur. ſecundum iura. ut Ancha. in conſi. ... nu. 1. in fine, & in conſi. 176. nu. 1. ad fin. uerſi. uerum filius uel filia, in hac uerſi. ciuit. extat cap. 8. lib. 4. ſtatut. urbis.

1 Fallit quando filius, uel filii, matre defuncta, eleuaret, uel eleuarent uadimonium in officio proprii, & in ſolutum acciperent dotis ſolutionem in bonis paternis debitoris d. dotis, pro ſumma, ut in ſua uadia, quia eo caſu pater nullum haberet uſumfructum in dictis bonis dotalibus. ſic ut ſupra in ſolutum habitis in dicta curia, pro ut in multis caſibus & iudicatum & obtentũ fuit, ꝙ tu nota.

2 Fallit etiam in parte ponente filium in hoſpitali, quia eo tunc perdit omne ius & priuilegium, quod habet in filio ut Bal. in l. ii. C. de filiis infant. expoſitis, ubi dicit ſi ciuis conſpicit ciuitatem periclitantem & non ſubuenit perdit ciuilitatis beneficium, & deſinit eſſe ciuis. Ita refert Pet. Gerard. ſing. 2. nu. 9. fol. 214. ꝙ nota.

3 Fallit itidem quando pater filium uulnerat, uel eum male tractat, quia eo caſu pater cogi & compelli poteſt ad

ad eum emancipandum & in hoc perdit uſumfructum. Ita Guiel. de Ludo.ſing.nu.24.all.tex.in l.prætor edi.§.ſed & ſi quis. in glo.in uerſi.atrox.ff.de iniuriis.

4 Fallit ſimiliter, quando pater ingreditur monaſterium, quia eo uiuente filio legitima illico debetur, pro ut eſt tex. in c. cum ſcimus de regulari: & glo. not. in c. tranſmiſſæ in uerſi.more, extra qui filii ſint legit. & ibi Abb. idem in c. in præſentia. nu.50. de probat.& ibi Felin.nu. 55.Corſet.in ſing.ſuis. in uerſi.legitima in princ.nu.1. Iaſ. in auct. nouiſſima nu.8. C. de inoff.teſt. & in auct. ſi qua mulier.C.de ſac.ſanct.eccl.nu.50.Maria.Soc.iunior.conſ. 51.nu.7.uol.i.de proba. Pet.Paulus Pari.in c.in præſentia nu.165. aliter ſentit.

5 Fallit etiam in filio clerico eo ꝙ in bonis eorum aduentitiis nullum patri quæritur uſusfructus ut in auct. presbyteros.C. de epiſcopis, & cleric. & ibi Bal. & Saly. Dec. in d.c.in præſentia nu.253.& 254.alleg. Imol.& Abba.in c.quia nos, de teſtam. & ibi Antonius de But.& hoc per Decium traditur, pro cautela. ut filius efficiatur clericus ad hoc ut pater amittat uſumfructum in bonis aduentitiis, filii etiam ſi eſſet in minoribus ordinibus conſtituti ꝙ tu ſubtilis nota & obſerua.

6 Fallit etiam quando bona relinquuntur filiis, uel filiabus ea lege, uel conditione aut ordine ut nullo modo patri acquiratur uſusfructus, quia eo caſu ſtante diſpoſitione teſtatoris, uel teſtatricis, patri nil debetur, ut auct. item excipitur. C. de boniſq; liber. ex quo uoluntas teſtatoris omnino eſt obſeruanda. ut l.i.C. de ſac.ſanct.eccl.cum capit.i.ſtatu.noſtrorum: ꝙ nota.

## REGVLA CLVI.

1 Pater licet non poſſit eſſe teſtis pro filio, in aliquo facto ſeu cauſa, attamen ſi paſſus eſt ſe deſcribi in inſtrumento confecto inter filium & coniunctum, uel extraneũ tunc poterit ut teſtis examinari facit c.ex literis & ibi do. Io.Andr. & Abb.dicit ibi hoc non probari, doctores tamen approbant, & dicunt, ꝙ ſi teſtis non debuit examinari



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nari propter aliquam ſuſpitionem ſi tamen fuerit exami-
natus facit aliquod inditium per doct. Bar.in l.mariti ff.
de quæſtio.Bal.in l.parentes col.2.C. de teſtib.

1 Amplia.hoc per d. Bal.in l.imperator.ff.de ſtatu.h.
ubi ſi duo not. ſunt rogati ad conficiendum inſtrum.
pro ut eſt Veronæ, ſi unus forte eſt infamis, & alter
næ famæ, inſtrumentum ualet & tolleratur propter illu
qui eſt bonæ famæ. tex.eſt in l.ſi quis ex argent.§.i.ff. de
edend. quia defectus unius ſuppletur per integritatem al-
terius. pro ut Corn.conſi.247. col.4. uerſi.dato.uol.1.

2 Amplia. hoc idem ut ſi in inſtrumento ſunt diuerſæ ma-
nus duarum perſonarum,uel tabellionum & unus ſcri-
alter uero ſe ſubſcribit: de illius mandato dubitatur
ualeat inſtrumentum tu tene ꝙ ſic. ſecundum Bal.in c.
ſi autem controuerſia col.2.uerſi. ſed nunquid, ſi ſunt di-
uerſæ. De controuer.inueſt. in uſib. feud.alleg. tex.in
inter dilectos de fide inſtru.& tex. in l.ſi quis ex argenta-
riis §.i.in glo. in uer. de fide edict.ff. de edend. & l.ru-
nus.§.fi.ff. de teſtam. milit.

3 Amplia. hoc idem per ea quæ adducit Ange.in l.præ-
dicta,&.§.i. de edendo, & in conſi.i. ubi tenet ꝙ coniun-
ctus non poteſt eſſe teſtis pro coniuncto, ſi tamen con-
currit cum aliis teſtibus idoneis,&omni exceptione ma-
rib. dictum coniuncti plenam facit fidem, propter aliorũ
depoſitionem. Ita doct.in d.§.i.ff. de edendo.

1 Fallit 1. in cauſa matrimoniali ubi liberi & parentes
plene probant & ſunt teſtes idonei. Alber. in l.idonei.
De teſtib. Aret.in c.ſuper eo. II i,.de teſtib.col.5.& conſi.
13.col.7. Felin.plene in d.c.ſuper eo.col.4.de teſtib. Al.
de Cort.conſi.26.nu.21.ubi atteſtatur hanc eſſe commu-
nem opinionem, ꝙ pater poteſt eſſe teſtis pro filia quan-
do maxime eſt paritas inter cõtrahentes ſecundum H.
Imo.Io.And. in d.c.ſuper eo. de teſtibus.

2 Fallit quando pater concordat cum aliis, & non ſi
ſingulares, quia ſi eſſent mille ſingulares minus prob.
ut Pau.Merend.conſi.86.nu.38.Bal.in l.de quibus col.
tepcas

tepenul.ff. de legibus, ubi dicit ꝙ dictum unius debilitat dictum alterius. idem Bal.in l.iuriſiurandi.C. de teſtibus. col.3.& Hier.Grati.conſi.75.,nu.8. in conſi.Matrim.

3 Fallit etiam quando deponunt ueriſimiliora aliis. Iuxta notata in c. quia ueriſimile de præſumpt. & ibi Abb.Feli. Innoc.& Anch., in c.2.de perſcript. in 6.Affl.deci.363.nu. 6.quia ueriſimilitudo eſt cognata naturæ ſecundum Bal.

4 Fallit itidem quando tractaretur de ætate filij, quia pater & mater admittuntur in teſtimonium pro filiis, & eſt communis opinio omnium ſcribentium. ſecundum Soci. in reg.506. 8. fall. ꝙ not.

## REGVLA CLVII.

1 Periurus † eſt infamis de iure ciuili. Abb. in c. quærelā de iureiur. Bar.Ang.in l. Lucius.ff. de infami.glo. & doct. in l.ſi quis maior.C.de tranſact. Bal.in l.ij.C. de reb.cred. Luc.de Pen. in l. quotiens uu.18. de dignit.lib.xij.

1 Amplia. ut dicatur etiam ꝙ eſt infamis infamia canonica. ſecundum Abb. in c. teſtimonium col.6. uerſi. ſed contra hunc, de teſtibus, & ibi Felin. nu.21. & num 20. uerſi. ſed eſt difficultas maxime glo.in d.l. ſi quis maior. C.de tranſact.

2 Amplia. itidem ut quantuncunque emendatus non admittitur in teſtem, neque in ciuili, neque in criminali: Ita Abb. in d.c.teſtimonium. uerſi. uenio ad tertium, & ibi Felin.nu.19.6.q.1.c.infames. & l.i.C.de infam.lib.x.

3 Amplia. quoque ut periurus agere nullo modo poſſit, immo a limine indici repelli poteſt ſecundum Felin.in c. dilecti nu.2. de except. ſp.,in tit.de actore.§.i. uerſi. Item ꝙ eſt periurus Roma. ſing.499. incip. tu ſcis. Alex.conſi. 17.nu.6.uol.3. & hoc durante prædicta iufamia. Ita Feli. in c.intelleximus nu.6.uerſi.utrum præiurius,de iudit.

1 Fallit quando periurus uellet agere in cauſa in qua iurauerat, quoniā repelleretur ab agendo propter piurium quia fruſtra.l.auxilium inuocat. qui in legem committit,

ita Roma.ſing.499. Alex.conſi.17. nu.6. uol.3. & Deci.in c.intelleximus nu. 80. de iudit. & in d.c. dilecti filij.nu.; not.de except.

2 Fallit etiam quando per ſummum pontificem periurus adeptus fuiſſet abſolutionem a iuramento & periurio : Ita tenet Feder. conſi.300. factum tale eſt, Affli. deci.220. in cauſa. nu.19. Rota deci.297. licet. in nou. cum aliis ibi.

3 Fallit inſuper quando periurus fecit inſtrumétum cum creditore, & in eo interuenit iuramentum, petitaque fuit nullitas inſtrumenti per actorem coram iudice layco, ſeu ſæculari, eaque pendente ſubſequta fuit ratificatio primæ obligationis;utiq; ratificatio tollit allegationem nullitatis ut probatur in l.fi.C. ad Maced. & l.licet.ff. de iudit. Ita tenet Affli.dec.220.nu.19.uerſi.quinta & ultima, ꝙ nota, quia hæc dabunt tibi emolumentum in tempore opportuno. Ad Dei omp.laud.

## REGVLA CLVIII.

1 Perfecto † & expedito contractu uini uenditi, regulariter ſpectat periculum ad emptorem uini. Ita Bal.Saly. & Caſtr.in l.i.C. de per. & commod. rei uendit. etiam ſi res nondum eſt tradita. Ita Afflic.deci.399. nu.8.Alex.& Deci.in l. uinum. ff.ſi cert. petat.

1 Amplia. ut prædicta regula locum habet etiam ſi uinu eſſet permutatum, quia permutatio locum uenditionis obtinet. ut l.fi.ff. de rerum permut. Affl. deci.336.nu.3. & deci.309.nu.2.& l.fi.ff.quib.ex cauſis in poſſ.ea. & Deci.in conſi.586.nu 8. uerſi.ubi tex.

1 Fellit quando uenditor expreſſe accepit omne periculum in ſe ut l.i.ff. de peric. & cóm. rei uend. quia contractus ex forma conuentionis.l.accipit. Affl.deci.293.nu.; & l.contractus.ff de reg.iur. & appellatione periculi non uenit caſus fortuitus Rom.ſing.442.

2 Fallit etiam quando per uenditorem ſtetit, quominus emptor

emptor uinum deguſtaret. ut l. ſi quis uina. ff. de per. & commodo. Affl. 399. deciſ. nu. 10. quia uini deguſtatio tráſ fert periculum in emptorem.

3 Fallit quoque cum uenditor aſſecurauit bonitatem uini uenditi. ut l. ſi uina quæ in doliis. ff. eo. tit. nam per aſſecurationem aſſumit uenditor in ſe periculum rei uendit.

4 Fallit ſimiliter quando uenditor ſciebat conditionem & bonitatem uini, nullatenus duraturam. ut l. uina. §. plane. ff. eo. tit. & glo. 2. l. i. ff. de peric. & commod. rei. & ibi Bal. qui notat unam not. diſtinct. quam nota.

## REGVLA CLIX.

1 Perſcriptio ſine poſſeſſione ciuili & naturali non currit. Abb. & Feli. in c. cauſam nu. 13. de perſcript. Bar. in l. iij. §. ex contrario in princ. ff. de acqui. poſſeſſ. & l. naturaliter. ff. de uſucap. Abb. in c. illud, & Antonius de But. in c. cum non liceat ult. col. de perſcrip.

1 Amplia. ut contra abſentem cauſa reipublice currat perſcriptio. ut Abb. in c. ex tranſmiſſa col. 3. uerſi. octauus. & ibi Felin. in uerſi. prædicto de perſcript. ſed eidem datur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis & hoc ex illa clauſula ſi qua mihi iuxta cauſa uidebitur.

1 Fallit in actionibus perſonalibus & iuribus incorporalibus. Ita Bar. in l. fi. ff. de eo per quem fact. erit. & l. fi. C. de edict. d. Adria. Tollend. Deci. in l. petens. ij. col. in 1. glo. nu. 6. C. de pact.

1 Perſcriptione omne ius tollitur & extinguitur ſpatio annorum 30. l. omnes & l. ſicut. C. de perſcript. 30. uel 40. ann. Cyn. in l. ſi certis annis. C. locat. cano. in c. peruenit de cenſibus. Dyn. & Anch. in c. ſine poſſeſſione de reg. iu. in 6. cano. in c. fin. de perſcript.

1 Contra pupillum furioſum & prodigum perſcriptio nó currit, glo. & doct. in c. cum non liceat. & ibi Felin. nu. 9.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de perſcript. Anch. conſi.5. circa fin. Bar.in l.imperat.ff. de re iudicat.Caſtr. in l.tutor.ff. de iureiur. ſpecu. in rubrica de perſcript.

2 Contra filiumfamilias uiuente patre perſcriptio non currit l.i.in fine.C. de annal. except. Abba.in d.c.transmiſſa 2.col.uerſi.quartus caſus, & ibi Felin.de perſcript. Deci.conſi.445.nu.48. Bal.conſi.77.nu.1.uol.4.idem conſi.168.nu.2.uol.5.idem conſi.331.nu.4.uol.3. idem conſi.439.nu.4. uol.3.& conſi.386. nu.8.uol.quinto, ratio quia non ualenti agere non currit perſcriptio.

3 In rebus & bonis dotalibus conſtante matrimonio non currit perſcriptio.l.i.C. de priuileg.dot.Abb.conſi.54. in princ.uol.2.l.ſicut.C.de iure dot.Bal.conſi.12.nu.1.uol.4. Idem conſi.286. num.8. uol.3. & l. in rebus.§.omnes.C. de iur. dot.

4 In bonis & rebus quæ debentur ſub conditione non currit perſcript. Abb. & Felin.in c. tranſmiſſa.col.2.uerſi.6. caſus de perſcript. Bal. conſi.262.nu.2.uol.i. & l.grege.§.ſi ſub conditione.ff.de pignor. & l.notiſſimi.§.illud.C. de perſcript.annorum 30.

5 In collectis & publicis functionibus non currit perſcriptio.l.cóperit.C. de perſcript.anno.30.Bal.conſi.111.nu.8.uol.2. Idem conſi.243. nu.1.uol.2.

6 Colloni & inquilini nullo modo perſcribunt, ex quo rei alienæ conſcientiã habent.l. Male agitur. C.de perſcript.ann.30. & 16.q.4.c. clerici. Bal.conſi.13. in primo uol.nu.4.l. Male agitur in fine. & l. cum notiſſimi.C. de perſcript.30. annorum.

7 Decimæ a laycis poſſeſſæ nullo modo perſcribi poſſunt. ut c.cauſam. de perſcript. ex quo ſunt de iure diuino. Bal. in conſi.180.nu.2.uol.i.Card.conſi.89.capitulum ciuitatenſe. Feli.in c.de quarta in princ.de perſcrip.Hoſt. in tit.de decimis.§.utrum uerſi.7. & c.reuertimini 16.q.1. Feli. in c. ex partenu.26. de reſcript. & c. duobus de reſcript. in 6.

8 Quarta debita epiſcopo perſcribi non poteſt, bene uerum eſt, ꝙ ſecundum Crauet. conſi.124.nu.3. ꝙ perſcribitur, ſi ceſſatum fuerit in eius ſolutione per longum tempus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pus aut longum. ſecundum Bal. in l. ſi quis ad declinandam in q.2.C. de epiſcopis & cler. cur.iun. conſi.20.col. 2.circa medium, & requiritur, ꝙ loca relicta ſint religioſa pia atque ſibi ſubiecta. ſecundum Innoc. & Io.Andr.in c. officii de teſtam. Roma.conſi.477. nu.16. & 19. & illa quarta debetur epiſcopo ratione ſuæ iuriſdictionis & curæ, quam habet in ſuis eccleſiis, & in hac ciuitate eſt lex.

9 Contra ſupremam auctoritatem & poteſtatem d.papæ non currit perſcriptio Bal. in auct. quas actiones nu.22. in ult.col.C.de ſac.ſanct.eccl. Abb.in c. cum nobis col.1. uerſi.ſoluit glo. de perſcrip.& idem in c. ex geſtis de cler. non reſci.2.col.ubi dicit, ꝙ d.Cardinales non poſſunt perſcribere, ꝙ d.papa non faciat ardua ſine eorum conſilio: Innoc.in c. bonæ, il ij. de poſt.prælat. Imol.in c. quanto. col.1. de conſu.

10 In rebus ſpiritualibus, quæ iuſto titulo ſunt acquiſitæ non currit perſcriptio. ut c.præterea il ij. de tranſact. Roma conſi.166. nu.6. ubi tenet ꝙ in perſcriptione titulus requiritur. alleg.tex.in l.diutina. C.de perſcript.longi tẽporis, & l.nullo. C.de rei uend. Corn.conſi.207.uerſi.non obſt.in primo uol.ꝙ tu diligens nota.

11 In cauſis prælati tempore ſuſpenſionis non currit perſcriptio ut c.quia diuerſitatem, de conſe. præbendæ, maxime quando prælatus non eſt negligens in petenda abſolutione. ut cõmuniter doct.in d.c.quia diuerſitatẽ, ꝙ not.

12 Vacante eccleſia non currit perſcriptio, nec tempore ſciſmatis c.de quarta, & c.cum a nobis de perſcript. uide Felin.in c.1.nu.3. de reſcript.uerſi. ꝙ hic dicitur. Hoſt. in c.olim. Il primo de reſtit.ſpol. & ibi Io.Andr. in 4.col.& in c.penul.de ſuppl.negl.prælat.in 6.cum aliis ibi not.

13 Via publica, & ius publicum perſcribi nullo modo poteſt.l.uiam.ff.de uia pub.& l.perſcriptio.C. de oper.publ. Bal.in conſi.206.nu.2.in 1.uol.

14 In feudis ſimiliter non currit perſcriptio c. ſi quis per triginta ſi de feud.fuer.cont. Deci.conſi.144.nu.3. & c.1. ſi de feud.f.contro.Bal.conſi.439. num.4.uol.3. Bal.conſi. 352.nu.13.uol.1. & in hac alma ciuit. eſt pars excellentiſſimi conſi.Rog.29. Decemb.1563.cum multis caſibus,

in eccellentiſſimis conſi.deciſis. & d. Deci.conſi.468.nu.
2.& 498.nu.2.& conſi.144. nu.3.

15 In pœnis ſpiritualibus nó currit perſcriptio glo.eſt no. in c.admonere 33.q.2.in uerſi.præſenti.Bal.in l.C.qui ac cuſ.non poſſunt. Felin.c. cum nobis. nu.13. de perſcrip. uerſi. Et ſcias, ꝙ not.Corn.conſi.43.nu.1.uol.2.

16 Perſcriptio non currit cum malafide c.uigilanti. Abb. in c.fi.in 3.col.uerſi. aduerte de perſcript.& ibi Felin.qui tenet ꝙ ius cano.corrigit ius ciuile. Bal. in conſi.4.num. 4.uol.3. ratio quia leges non dedignantur imitari ſacros cano. propter eorum æquitatem . ſed titulum requirit ſecundum Roma. conſi.166. nu.6. ꝙ tu nota & ſtude, ſine libris ſi uis ſcire.

17 Annuæ penſiones liuellarię perſcribi nó poſſunt . Abb. in c.auditis in ult.col.de perſcript.Alex.in l. de pupillo.§. ſi pluribus nu.9.in princ.ff. de oper.no. nunc. & Baſſani, extat ſtatutum in tit.de perſcrip. fol.45.Bal.conſi.315.nu. 1.uol.3.& nu.2. & conſi.316.nu.4.eo.uol.

18 Actio hipothecaria perſcribi non poteſt niſi ſpacio 40. anno tex.eſt in l.uniuerſit C.ne rei do.uel tépl. Bal.conſi. 231.nu.1.in 4.uol.idem conſi.215. punctus.nu.2.uol.5.& in conſi.4. nu.3.uol.3.

19 Omnis perſcriptio per pactum remoueri poteſt. Bal. not.in conſi.44.nu.1.uol.5. idem in l.ij.col.1 .C.ut in poſſeſſ.legat. & maxime quando apponitur dictio quandocunque ſecundum Corn.conſi.499.uol.2.l.h.Bal.conſi.67.nu. 3.uol.3.Io.de Anna conſi.39.Fulg.conſi.156. Craue.conſi.71.nu.1. uol.i.

20 Tempore hoſtilitatis non currit perſcriptio c.ex tranſmiſſa, de perſcript.Anch.conſi 443. nu.12. & d. de Rota deci.12.in nouis. Felin.in d.c.tranſmiſſa nu.4.uerſi. quod autem eſt dictum eo.tit.

21 Actio de dote perſcribi poteſt. ut Bal.conſi.12. nu.1.in 4.uol.& conſi.4.nu.2.uol.3. Ita ꝙ iudicatum fuit opitergi. in cauſa d.Nic. de Federicis, contra ꝑ Franc. Baſſo de Opitergio per M. D. po. Opitergi, qui ſub die 8. Maij 1550. Abſoluit d. Nicolaum a petitione d. mag. ac lætitiæ de Gabrielibus, a qua ſententia præfactæ mulieres
ſe ap-

ſe appellauerit ad d. Aud.no. quæ remiſſa fuit coll. de xij. & par.auditis laudata remanſit ſub die 15.Septemb.1550.

22 In iuribus incorporalibus perſcriptio requirit ſententiam, & pacientiam eius, cui tale ius competit Crauet. conſi.134. nu.14. & 18. & Laur. de Pinu in ſuo tract. de perſcrip. iuri incorpor.nu.51. in par.2.

23 Quærelæ & iuri petendi legitimam & eius ſuplementum perſcrip.non currit. uide Bal. in conſi.50.nu.1.uol.5. Bar.in l. ſi quis filium in fine.C. de inoff. teſtám. ubi Bar. tenet, ꝙ lapſo quinquennio percluſa ſit uia agendi quærela inofficioſi teſtamenti, ſed non agendi ad ſuplementũ legitime ex quo eſt remedium fauorabile, & eſt communis opinio, pro ut Bal. in d. conſi.50.nu.4.eo.uol.

24 Hæreditate iacente an curat perſcriptio, Bal. in conſi. 48.nu.1.uol.1.tenet, ꝙ perſcriptio uſurpatiua dominii nõ currat hæreditate iacente, ſed bene facit unam not. diſtinctionem quam tu not.& tene menti. Bal.in conſi.317. nu.2.in uol.2. Idem conſi.150. nu.8.uol.2. Felin.in c. de quarta. nu.19.& 22.de perſcript. Bal.in l.licet.C. de iure deliber.in fine, ſpec.§.i.in tit.de perſcript.uerſi.item not. Corn.conſi.70.n.h.uol.4.all.ea quæ.C.de temp.in int.reſti.& ibi Bal. Caſt. Imol. & Alber.

25 Peſtis tempore, non currit perſcriptio, ſed dormit ubi ius non redditur, & multum ſeuiebat, in loco. Ita Abb. in d.c.ex tranſmiſſa. col.2.uerſi. Ita nec ꝙ ius, licet domi. de Rota teneant contra in deci.12. in nouis. in tit.de dolo & contu.Imol.in l.penult.§.ad crimen.ff.de pub.iud. & max.quando in loco non eſt epiſcopus: ſecundum Abb.in d.c. ex tranſmiſſa. num.8. uerſi. in quantum uero ponit, quod not.

26 In fideicommiſſis nunquam currit perſcriptio l.i.§. ſi teſtator &.l.ii.§.cum igitur. C. communia de legat.Deci. conſi.445.nu.6.& Crau. Aym conſi.67.nu.9. Corn.conſi. 22.l.p.uerſi. nec refragatur uol.2. & idem in conſi. 207. I:u. il primo uol.1. ratio quia nõ ualenti agere non currit perſcript. uulg. l.i. in fine, C. de annal. except. & conſi. 117.n.f. & l. uol.primo, & l.fin.§.ſin autem ſub conditione. C.communia de legat.

1 Præſumptiones iuris dicuntur liquidiſſimæ proba nes max. in illis caſibus in quibus præſumptiones p probant. ut l.i.§.debebit in uerſi. uere filius.ff de li agnoſc.& c.quoniam.§. ſin autem. in uer. præſumatur lit.non cont. Dec. in rubrica de probat.nu.17. ut in fi tione, & probatione adulterii, & contra præſumptionem iuris & de iure non admittitur probatio.c.15.qui fidem de ſponſ. glo.fin.in l.ſi duo.ff.de acqui.hæredit. Bal.in rubrica.C.de probat.col.3.uerſi. ego aliter probo, Deci.in rubrica nu.40.& 41.de probat. & ideo habens præſumptionem pro ſe non tenetur aliter probare, ſed l. ipſa probationem facit. idem Deci.in d. rubrica nu.160.& 167.de probat.& euidens probatio dicitur præſumptio iuris ſecundum glo.in l.licet imperator ff.de legat.i.

1 Amplia.d.règulam ut quilibet præſumatur ſcire ea quæ publice fiunt in aliqua prouincia. ut puta ſcientes, & notitiam habentes per ſtridationes de uenditione alicuius prædii facta alicui de illa prouincia excluduntur a beneficio iuris præſentandi, ut late dixi in tract. meo de iure protho.in.§.i.ꝙ ſecus eſt in abſentibus. ut late Deci.in c. ad hæc in beato nu.47. de poſtu. prælat.Rom.conſi.59.& Ang.in l.tres fratres.C. de pact.

2 Amplia.& dic ꝙ præſumptio quæ inſurgit ex ſententia & re iudicata recipit probationem in contrarium per c. In noſtra de procur. & hoc per inſpectioné actorum ſecundum Bar.in l.ij qui ad ciuilia. C. de appellat. Anto.de But. in c.ad ſedem. col.6.uerſi.not. limitationem de reſti. ſpol Fede.conſi.142. domino Caſt conſi.48. in cauſa col. 5.Deci.conſi.400. & in c.quoniam contra.nu.174.de probat.idem Ant.de But.in c.1.de lit.conteſt.

1 Fallit in confeſſione facta per partes, quæ admittitur contra præſumpt.iuris, & de iure. pro ut eſt glo. not. in auct.de equal.dot.§. ſin autem ſuper uerſi. ſcribat. Com. cóſi.39.col.ult.n.g.uol.4.cú multis aliis ibi adduct.ꝙ not.

2 Falli

2 Fallit etiam in ijs quæ non apparent, quia præſumptio aſſumitur ex iis quæ apparent, Aym. Craue. conſi. 212. nu. 9. alleg. Anch. conſi. 302. materia de qua col. fin. poſt medium uerſi.

3 Fallit etiam in iis quæ ſunt difficilis probationis; quia concurſus plurium præſumptionum facit plenam probationem, ut Aym. Craue. in conſi. 73. nu. 19. uol. i. Roman. conſi. 7. col. 1. conſi. 54. ad fin. & conſi. 27. col. 1. ad fin. Caſt. conſi. 143. & 169. col. 3. uol. 2. pro ut eſt occultatio ſcripturæ contra quem admittitur probatio: iuramentum & contra lacerantem informationem etiam admittitur probatio. pro ut Aym. Craue. conſi. 211. nu. 6. & 8. & duæ præſumptiones ſimul iunctæ habent uim unius teſtis. Ita Craue. conſi. 143. nu. 11. & conſi. 158. nu. 11. & conſi. 178. nu. 9. Bal. conſi. 149. col. 2. uol. 1. circa medium, Old. conſi. 324. col. 3. circa med. probare uero fraudem difficile eſt. Ideo quæ non poſſunt determinari per certam regulam ſubtilitati iudicum committitur.

## REGVLA CLXI.

1 Priuilegium perſonale non egreditur perſonam. l. i. ff. de conſt. prin. l. Nerratius. ff. de reg. iur. Bar. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſthn. & c. priuilegium de reg. iur. in 6. cum aliis concord.

1 Fallit 1. ſi priuilegium eſt conceſſum propter naturalem rationē, ut in beneficio reſtitutionis in integrum minori conceſſo propter læſionem. & in hoc caſu ad hæredes tranſit. ut l. interdum. ff. de minorib. & l. fi. C. de tempore in integ. reſtit.

2 Fallit in priuilegio conceſſo marito, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, quod etiam ad communes filios tranſit. ſecundum doct. in l. etiam in prin. ff. ſol. mat.

3 Fallit in priuilegio prælationis dotis conceſſo mulieri quod etiam tranſit ad communes filios eiuſdem matrimonii. l. aſſiduis. §. exceptis. C. qui pot. in in pignor. habeantur, & non ſolum in exactione dotis, quæ & in beneficio

prælationis quod ratioue ſanguinis competit filio, ſeu filiis, uel collateraneis, ſeu creditoribus mariti. uigore ſtatutis 1553. maioris conſi.

4 Fallit etiam quando in priuilegio facta eſt mentio hæredis in ſingulari, quia tunc non tranſit niſi ad primum hæredem, ſi eſt talis res quæ de ſui natura non tranſit ad hæredes. ut l.antiquitas. C. de uſuſruct. Si uero locutio eſt facta in plurali. tunc tranſit ad hæredem hæredis. ut l. ſciendum.ff.de uerb. ſignifi.

5 Fallit quinto quando conceditur ciuitati, uel loco, quia ſemper eſt idem locus. licet perſonæ renouentur. ut l. proponebatur.ff. de iudit. & l.ſicut.§. penult.ff. quod cuiuſque: uniuere.

6 Fallit etiam ſi conceditur poſtheris, quia tranſit etiam ad ſucceſſores, non tamen ex fœminis. ut l.i. in fine cum ibi not.ff. de iure immun.

7 Fallit ſi priuilegium conceditur rei, qnia ad quoſcunque tranſit res, tranſit & priuilegium cum ſuo onere. ut l.iij. in fine.ff.de cenſibus, & glo.& doct.in l. ſordidorum C. de exactionibus tribut. l.10.l. prædiis.ff. de iure fiſci cum aliis.

8 Fallit in priuilegio conceſſo filiis propter parentes nó enim durat mortuis parentibus. ut Bar. in l.ij.C. de epiſcopis & cler. Nicolaus de Neap. in lect.Bar.in l.non tantum §.eos qui.ff. de excuſ.tutorum, Marſ.l. unica.nu.28. de rapt. uirginum.

## REGVLA CLXII.

1 Probatio in iis quæ ſunt difficilis probationis, & quæ clam & occultæ fieri conſueuerunt. Admittitur probatio per coniecturas ſecundum not.conſi. Alex.77.nu.4.in fine uol.ſept.Marſ.ſing.1.in fine in ſuis ſingul. Antonius de But. in c.ueniens. il ij.d.teſtib. Bal. in auct.quas actiones in ult.col.nu.9.C.de ſac- ſanct.eccle. & in conſi.224. nu.11.uol.2.Grám.dec.42.nu.12 dicit ꝙ ubi uertitur difficultas probationis fama ſola iunctis aliquibus adminiculis inducit plenam probationem quæ ſufficit ad cód emnandum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum c.præterea. & ibi not. de teſtibus, & l.cum ſuper. C. de rei uendicat. Alex.conſi.24.nu.20. uol.2.& nu.6.

19 Mulier propter inſtabilitatem, & cõſilij fragilitatem reprobatur. Ita in c. forus. uerſi. teſtes de uerbo. ſignifi. ſed quando ueritas aliter haberi non poteſt tunc admittitur. Alex. conſi. 24. nu. 2. uol. 2. Abb. in c. fin. ꝙ met. cauſa. Iaſ. in l. fin. nu. 7. C. de iis quib. ut indign. Grãmat. conſi. 45. & 59. nu. 12. Deci. conſi. 133. nu. 6. Alex. conſi. 64. nu. 6. uol. i. Mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, ſed in codicillis poteſt. l. fi. §. omni. C. de codicill. Bal. in conſi. 8. uol. 5. l. ex eo. in fine. ff. de teſti.

20 Mulier meretrix reprobatur dicere teſtimonium. ut ſing. Deci. in c. licet cauſam, de probat. nu. 74. Alex. conſi. 2. uol. 1. nu. 6. & hoc in cauſa criminali, hoc idem in cauſa ciuili ardua. Ita Bal. in c. ad noſtram, de teſti. & uide. l.

ex eo. in fine.ff. de teſtibus, a contrario ſenſu.

21 Improbus infamis & uitæ reprehenſibilis, teſtis idoneus non eſt. Ac illius dicto non creditur. Ita Alexan. conſi.152 nu.7.uol.5. & nu.14. Bal.in l. ſi quis. C.de teſtib.Grammat. uoto 34. & l. ex eo. ff. de teſti. etiamſi in oppoſitionibus diceretur illum pro tali haberi ab omnibus eum cognoſcentibus. Iſta enim non eſſet ſufficiens oppoſitio, niſi exprimeretur cauſa infamiæ etiam ſi plures eſſent. ſecundum Bal.in c.ad noſtram de teſtib & in c. præſentium.§. teſtes, de teſtibus in 6. unde non ſufficit exprimere in genere infamiam, niſi ſpecifice & ſigillatim enarrentur cauſæ infamiæ, quæ obijcitur. Ita Roma.conſi.290. 3.nu.Marſ. ſing.109. Grammat.conſi.58.nu.3.Innoc.in c. oporteat de accuſ.

22 Reprobatur teſtis quando eſt mali nominis, conditionis, uitæ, ac famæ, & de quo multa mala dicuntur. ut l. teſtium. in princ.ff.de teſtib.& c. ſuper eo de teſti.Io.Ma. Bucel.conſi.70. nu 6.in conſi. matri.

23 Blasfematores, luſores, & concubinarij repulſari poſſunt.de primo Ripa in l.admonendi num.180.uerſi. item blasfem.ff de iureiur. Felin.in c.2. in fin. de except. de 2. habetur.in c teſtimonium & ibi Abb.& Feli.col.3.uerſ.Et ex iſtis de teſtib. Anch.conſi.415.nu.3. de concubinariis. uerſi. habetur, per doct. in l.ſi quando.nu.802.uerſi. concubinarij.C.unde ui. Io.Pab.de plot.conſi 109.nu.24. Io. Maria Bucel.conſi.71. nu 2.in conſi.matr. Anch.cōſi.415. nu.3.c ſtatuimus de maledict. Grauiſſimum enim ſcelus eſt diuinam offendere maieſtatem. Gramma.conſi.12.nu. 29. & 30. Deci.conſi.143. col.9.nu.

24 Fur, raptor & manifeſtus adulter reprobantur, & non poſſunt eſſe teſtes ex quo ſunt infames infamia canonica. Ita ſpec.in tit.de teſtib.uerſi. obiicitur, ꝙ eſt fur. ut Nel. de S. Gemin. in tract. de teſti. num.18.l. non poteſt.ff. de furt.& l.1.§.qui furti.ff.de ijs qui not. infam.

25 Socii & criminis participes omnino reprobantur, & non faciunt probationem ad condemnandum, ſed bene inditium, ſecundum Alex. conſi.120. nu.3. uol.7. & Soci conſi.95.col.1.uol.3.& Calca.conſi.110.col.1.Corn.conſi 58.ad

58. ad fin.uerſi.1.uol.1.Bal.conſi.383. nu.4. uol.5. quarta q.3. uerſi. Item liberi in c. item in crimina. c. ueniens de teſtibus.

26 Reprobatur teſtis corrumpens, & corruptus, & tanquam falſarii ambo ſunt puniendi ex quo inciderunt in ſenatus conſ. Libonianum, & ideo a teſtimonio ſunt repellendi. Ita Grammat.conſi.1.nu.12. Io.Ma.Bucel.conſi.70. nu.1. & præſtatur fides teſti de corruptione. Ita Innoc. in c.inquiſiti de accuſat. Grammat. uoto 11.nu.2.c. fin.de teſtis cogend.

27 In criminalibus reprobantur teſtes niſi ſunt annorum 20. ut l.inuiti in fine, & in l.teſtimonium.ff.de teſtib.Bar. in l.admonendi.ff. de iureiur. Panor. in c.ſi quis de teſtib. Bal. in l.parentes. C. eo.tit. Alex. Aſca. conſi.58.nu.8. in fin.in conſi.mat.

28 Reprobatur teſtis infamis uitio ſodomiæ dato ꝙ non eſſet condemnatus per ſententiam, quia ipſo facto habetur pro infami. Ita ſing. Deci.in l 1. C.de ſecundis nupt.alleg.And. Sicul.in cóſi.64.& 65.& And.præt.doct.Mediol.

29 Reprobatur teſtis ſi eſt inimicus magna, uel capitali inimicitia. Ita Innoc. in c. cum oporteat, & c. debet de accuſat.tex.in c.1.§. illum, nec inermes inimici, de reſt. poſt. in 6. & c.Meminimus de accuſat. Paul. Merend.conſi.86.nu.7.& 8. Bar. auct. ſi dicatur. C. de teſti. & ibi Bal. Alex.conſi.127.nu.19.uol.4.Grammat.uot.ij.nu.17.

30 Item reprobatur teſtis qui in prima atteſtatione dicit unum,& in ſecunda deſpoſitione dicit quid diuerſum a prima, & ideo tanquam uacillanti & periuro non eſt ſibi fides præſtanda. Ita glo. not. in c. ſuper ijs de pœn. licet aliqui teneant, ꝙ neutri ſit credendum. Bar.uerſi. tenet, ꝙ primæ atteſtationi ſit omnino ſtandum in l. ſi poſtulauerit.§.penul.ff.de adult. glo.not.in auct.de teſtib.§. illud tamen col. 7.

31 Reprobantur teſtes ſi unus deponit de 1.re & alius de alia & unus de uno loco, & alter de alio,& itidem de tempore diuerſimode. ut Bal.in l.teſtium. nu.14 C.de teſtib. Guido papa deci.544.nu.1.2.c. de parentela.35.q. 6.c.licet de probat.l. ad probationem. C. de probat. Innoc. in

c. per tuas. de teſtib. & c. nihilo 3. q. 9.

32 Item reprobatur teſtis uarius in ſuo dicto, uidelicet ſi unus deponit de mutuo, alter uero de confeſſione mutui, nam tanquam uarij non probant immo puniri poſſunt. Ita Alex. conſi. 179. nu. 6. uol. 2. Bar. & Bal. in l. ſi ex cautione. q. 3. C. de non num. pecu. Alex. conſi. 24. nu. 43. uol. 2. ubi tenet, ꝙ uarietas in modico non uiciat. Ita Alex. conſi. 5. n. 10. uol. i. & glo. not. in c. ſuper i s de pœnis.

33 Reprobantur ſimiliter teſtes ſi in alia cauſa ſunt conuicti ſalſum teſtimonium depoſuiſſe, quia præſumptiue eſt credendum, ꝙ etiam in hac cauſa falſum deponere habeant. ut l. ſi cui. §. eiſdé de accuſ. ff. & qui ſemel malus &c.

34 Reprobatur teſtis ſi in teſtificatione ſua falſum inſerit. addit. uel uero detrahit, tota certe teſtificatio uiciatur. Ita Iacobus de Aren. in l. i. §. ſi quis ſimpliciter uero ſemper probandum eſt. ff. de uerb. oblig. ſpe. in tit. de teſt. uer. Item ꝙ aliquis de ſuo addit.

35 Reprobantur teſtes quando inuicem ſe contradicunt. Ita Io. And. in c. noſtra de teſtib. Alex. conſi. 18. nu. 7. in fine conſi. uol. i. Alex. conſi. 143. nu. 1. & 2. uol. 2. Ant. Bu. in d. c. noſtra ſupra.

36 Item reprobantur teſtes qui depoſuerunt parte non citata, tam in cauſa ciuili quam in cauſa criminali. ſecundum Bar. in l. fin. ff. de quæſtion. & ex eius dicto nullum reſultat inditium ſufficiens ad torturam contra inquiſitú. Ita Ang. i l. l. ſi uacantia. C. de bon. uacant. lib. 10. Bal. in l. congruit. ff. de offic. præſid. Deci. conſi. 54. nu. 2. uol. i. uer ſi. poſtremo ſuperius. Grammat conſi. 64. in princ. Aret. conſi. 165. col. 2. l. ſi quando. C. de teſti. Roma. ſing. 369. fuit Emanu. ſing. 103. c. In nomine domini, de teſtibus, & ibi Felin.

37 Reprobatur teſtis qui non iuratus depoſuit, ex quo nec papa poteſt illum diſpenſare, ꝙ tamen fallit in arbitro, cui data eſt ſibi poteſtas procedendi de facto. Ita ſing. Bal. in c. conſanguinei ad fin. de re iudicat. Iaſ. in l. admonendi col. 84. de iureiur. ff. Marſ. ſing. 434.

38 Item reprobatur teſtis ex alio quia dictum ipſius eſt ſine ratione, quia ratio in teſte eſt illa, quæ præbet eſſen-

tiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium dicto. Et quando ratio adiecta dicto non eſt ſufficiés, tunc infringit & diminuit dictum. Ita Bal. in l. data opera. C. de accuſ. & in l. conuenticulam. C. de piſcodis & cler. Alex. conſi. 120. nu. 6. uol. 5.

39 Item teſtis non reddens cauſam ſui dicti reprobatur. Ita in l. ſolam. C. de teſtib. Bar. conſi. 20. Ang. in l. cum ij. §. uult igitur. ff. de tranſact. & cano. in c. clamor. de teſtib. Bal. conſi. 182. nu. 2. uol. 4.

40 Teſtis ambigue deponens reprobatur. Alex. conſi. 152. nu. 1. in princ. uol. 5. cano. in c. in præſentia de probat. Bar. in l. ſi quis intentione. ff. de iudic. Alex. conſi. 33. num. 14. uol. 6. & Bar. in l. inter ſtipulante. §. i. ff. de uerb. oblig. & l. ubi autem. §. qui illud. ff. de uerb. oblig.

41 Falliti non admittuntur in teſtes immo reprobandi ex quo appellantur fraudatores & deceptores, ideo eis non eſt credendum, ut Bal. conſi. 382. num. 20. & conſi. 400. nu. 3. uol. 5.

42 Reprobatur teſtis in cauſa propria cum damnum, uel emolumentum ad eum ſpectat. Ratio quia nec etiam iudex eſſe poteſt. l. omnibus. C. de teſtib. l. i. §. in propria. ff. quando appella. ſit ſicut etiam uenditor non teſtificatur pro emptore. ex quo poteſt dici cauſa propria, cum de euictione tenetur. l. ab executore. §. alio condemnato. ff. de appellat. Alex. conſi. 200. nu. 6. uol. 2.

43 Item reprobatur teſtis qui deponit de credulitate & non de ſenſu corporis. Ita Alex. conſi. 166. num. 6. uol. 6. Idem conſi. 172. nu. 9. 10. & 15. & conſi. 91. num. 4. uol. 6. Deci. conſi. 524. nu. 6. Affl. deci. 381. nu. 7.

44 Reprobatur teſtis deponens per uerbum iuditio ſuo, nec ſibi creditur in aliquo, ex quo debet deponere per alterum ex quinque ſenſibus corporis, ut Alex. in conſi. 42. uiſis. uol. 4. & conſi. 74. uol. 6. cano. in c. cum cauſam de teſtib. Io. Ma. Bucel. conſi. 70. nu. 47. Alber. de Curt. conſi. 26. nu. 7.

45 Item reprobatur teſtis qui deponit de ſuo uidere, & ita non bene deponit. Ita Ang. de Gamb. conſi. 14. nu. 93. Bar. in l. qui teſtamento. §. ſin. ff. de teſta. doct. in l. teſtium C. de teſtibus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

46 Reprobatur ſimiliter teſtis quando deponit per uer-
bum uiſum fuit. Ita ſing. dicit Deci. in conſi.363.nu.4.
uol.3. & ſi bonam cauſam reddit probare uidetur. Ita
Alex.conſi.147.nu.16. & 17.uol.2.& conſi.74.nu.6.uol.1.
Deci.conſi.363. nu.4.eo. quarto.

47 Teſtis deponens de auditu alterius improbatur c. præ-
terea de teſtib. & l.teſtium.C.de teſti: & fidem non mere
tur, niſi concurrentibus aliis adminiculis. Ita Alex.conſi.
45. nu.10.uol.2. Deci.conſi.133.nu.5.Alex.conſi.3.col.5.
uol.4. Ange.conſi.72.nu.5. & 9. in.C.

48 Teſtis unius dictum reprobatur eſt tex. in l.iuriſiuran-
di.C. de teſt.ibi & nunc manifeſte ſancimus, ut unius om
nino teſtis reſponſio non audiatur etiam ſi ſupra.& c.licet
de teſtib. Iaſ. & mod. in l.admonendi.ff. de iureiur. qui
multas ponit fall.col.26. & rep.col.96. de iure diuino, ad
unius teſtimonium nemo damnabitur. c.35. ad fin. nume-
ri. Deut. c.17. Ibi in ore duorum, uel trium teſtiũ peri-
bit. Apoca.c.2. & dabo duobus teſtib. Matth.c.18. Pau.
ad Timoth.c.5.

49 Teſtis repulſari poteſt, quãdo deponit ſuper impoſſibili,
uel per naturam, uel per rei euidentiam, ut puta, ꝙ talis
ſit uiuus cum re uera ſit mortuus, uel ꝙ talis in hoc die
non fuit uulneratus, ex quo die præcedenti fuit occiſus,
ut l.C. qui accu. non poſ.c. in noſtra de teſtib. & in l. qui
falſa uel uaria.ff.de teſt. & auct.de teſt.§. ſi uerſi. quidem,
&ibi glo.not.Marſ. conſi.20.

50 Reprobantur teſtes quando teſtificantur & non depo-
nunt uериſimilia. Ita Alex. conſi.153.nu.9.uol.5.& c.quia
ueroſimile de præſumpt. Bal.in l.i.C.de ſer.fugit.l.ob car
men.§.fin.ff.de teſtib. Ang. de Vbal. conſi.72.nu.8. & 11.
in conſi. C. Iacobus Leon.conſi 49. nu.57. Alex. a Scal.
conſi.56.nu.10.Hyr.Grat.conſi.75 nu.14.Antonius Grat.
conſi.82. nu.47. in conſi. mat.

51 Item reprobatur teſtis ſi deponit extra, uel ultra capi-
tula. Ita Alex. conſi.90.nu.7.uol.3. Bal.in l.non nudis.C.
de probat. ut puta articulus erat de actuali numeratui, &
teſtes deponebant de confeſſione, quo caſu non probant
ut.l. momentaneæ in glo.C. qui leg. perſo.& l. ſi duo pa-
troni

trohi.§.idem Iulianus ff. de iureiuran.

52 Reprobatur teſtis deponens ſuper eo, quod eſt iuris, ſi non reddit ſufficientem cauſam. Innoc. in c. cum cauſam de teſtib.l.ſolam, & ibi Bar.Bal. & Saly. C. eo.tit.Bal. in l. conuenticulam. C.de epiſcopis & cler. Ang.conſi.78.nu. 27. Bal.conſi.283. nu.4.uol.i. Ancha. conſi.248.nu.6. ubi tenet quod teſtis debet ſe referre ad factum, & non ad ea quæ iuris ſunt.

53 Similiter reprobatur teſtis quando deponit in ſua atteſtatione ſe non recordari, de ijs maxime quæ certa ſunt quod poteſt ſe recordari, & uide Innoc. in c. qualiter & quando de accuſ. Ange.conſi.73 nu.10. uerſi. idem ſi diceret. Ratio quia non minus falſitatem committit qui falſa deponit, quam qui ueritatem occultat.c. quiſquis xi.q. 4.cum aliis. ut 9.q.1.c. aliqua.

54 Teſtes examinati per iudicem poſt terminum ſibi aſſignatum reprobantur. Ita Bar.in l.maritus. uerſi.ulterius oppo.ff.de quæſtio. Bal.& Saly. in l. ſeruos. C. de teſtibus Marſ.ſing. 198. Ang. de Vbal. conſi.44. nu.47. in conſi. mat.l.fin.C. de ferijs.

55 Reprobantur omnes teſtes examinati per iudicem poſt concluſum in cauſa Marſ. ſing.296. incip. teſtes, & uide doct.in c.præſentium.de teſt.Caſt.in l.cum patruo.C. cōmunia de iudic.& ibi glo.

56 Teſtis attinens utrique parti idoneus cenſetur, ratio quia par affectio ſuſpitionem tollit. Ita Steph. Auff. in tit.de reprob.teſtiū. in uerſi.coniunctus.uerſi.3.limit.Per. Calaf.conſi.103. nu.13.col.penul.in conſi.C.

57 Teſtis inſtrumentarius repulſari poteſt, ſi cauſa noua ſuperuenit,uel etiam antiqua ſi tempore inſtrumenti erat incognita. Ita Cæpo. conſi.21. in conſi. C. & Soci. in l.ſi quis. Ita.ff.de reb.dub.Alex. conſi.191. nu.1.2.& 3.uol.7.

58 Idoneus teſtis non eſt ſi ex eius dicto apparet de aliqua inimicitiæ cauſa, immo omnino reprobari poteſt. Ita Alex. conſi 99.in cauſa. nu.1.uol.i.all.Bar.in l.iij.§.fin. ff.de adim.legat. ubi dicit, ꝙ atrox iniuria uidetur parare grauiſſimam inimicitiam. inſt.de iniur §. atrox.

59 Reprobantur teſtes examinati tempore feriato in honorem

norem Dei, pro ut doct. in c.conqueſtus de feriis, ſed ſe-
cus in feriis introductis ad fauorem, & neceſſitatem ho-
minum. Ita Corſ. in ſuis ſing. in uerſi. teſtis. il ij. Alex.
conſi.213. nu.4. uol.2.

60 Teſtis teſtamentarius non rogatus improbatur, ut aueſ.
niſi rogati. C. de teſta. & l.i.C. ubi teſta. aper. l. hæredes
palam. §. in teſtamento. ff. de teſta. Guido papa deci.538.
nu.2. & 543. nu.10. ꝙ nota.

61 Reprobatur teſtis in cauſa matrimoniali ſi non ſunt ro-
gati. Ita Io. Antonius Rub. conſi.73.nu.5. ſpec. in tit. de
teſt. §.i. uerſi. Item ꝙ non fuit. Rom. ſing.717. Barba. con-
ſi 45. uolu.i. Aret. conſi.13. uerſi. ſed quæritur Nicolaus
Ani. Grauat. conſi.82.nu.35. glo. not. in uerſi. inuitans in
c. noſtrates 39.q.5. Deci. cap.i. col.4 nu.36. uerſi.8. de fide
inſtru. ubi refert de cauſa pendent. Mantuæ. all. And. ſing.
conſi.40.35. & conſi.54.

62 Teſtis, qui ſemel dictum ſuum obſcurum declarauit nõ
poteſt iterum in eadem cauſa teſtificari, ita probatur in
l.ij.§. qui obſcurari. ff. de iure calumn. Bar. in l.p. ff. ſi cert.
pet. Innoc. in c. cauſamque de perſcript.

63 Teſtes examinati poſt aſſignationẽ terminorum ad pro-
bandum, reprobantur & nulla eis fides eſt adhibenda, nec
iudex debet eos audire poſt terminum eis datum, cum iu-
ri ſuo reus renunciare uideatur. l. ſi eo tempore. C. de re-
miſſ. pignor. l. titia. ff. de accuſat. Alex. conſi.134. nu.12.
uol.2. Bal. conſi.150. nu.2. uol.3. ubi teſtis approbari non
poſſunt improbari 2. iura contemptoribus denegãtur. ut
l. fin. in fiu. ff. de annal. except. 3. non eſt gratificandum
uni in detrimentum alterius; quarta q.9. c. fin. & c. ex te-
nore de foro compet. nam iuſtitiæ debitores ſumus, ut
aliis iniuriam non faciamus.

64 Iudex aduocatus arbiter executor, & aſſeſſor, tam in
cauſa principali quam appellationis teſtes in cauſa eſſe nõ
poſſunt. Ita Nel. de S. Geminiano in tract. de teſtibus nu.
31. & hoc propter nimiam affectionem, quam habet ad
cauſam, ſpec. in tit. de teſt. uerſi. ꝙ fuit in eadem cauſa
uide ij.q.7. in glo. de omnibus prædictis. Ang. conſi.18.
quod nota.

65 Reprobantur teſtes communis in cauſa communis & uniuerſitatis ex quo ſunt ſocii & conſortes eiuſdem & in cauſis ſociorũ teſtimonium dicere prohibentur, ut Alex. conſi.68.nu.4. & 14.uol.2. Cor.conſi.123.ad finem uerſi. nec obſtat uol.i. Rom. plene conſi.7.nu.4. Bal.conſi.443. nu.1. & 445.nu.9.uol.5. ꝙ not.

66 Si pars rei reproducit teſtes actoris, uidetur eorum perſonas approbare, & ideo teſtis approbatus improbari nõ poteſt. teſt. eſt in terminis, in l. ſi quis. C. de teſtib. Ita Pet. Bar.conſi.24.nu.20. in conſi.matr. Bal. in conſi.150. nu.2. uol. .

67 Layci non teſtificantur contra clericos, ubi agitur de crimine criminaliter, nec econtra c. teſtimonium. xi.q. & Abb c. de cætero de teſt. ſecus uero ſi agitur ciuiliter, ut Abb.in c.ex parte. & c.quoniam. de teſtibus. Deci.not. in c. At ſi clerici nu.67. ubi dicit ꝙ non facit etiam inditium propter dictorum aliquatenus.

68 Reprobantur teſtes quando in ſua depoſita allegant turpitudinem ſuam, nec in hoc eſt ſibi fides præſtanda, ut c. ſicut de teſti.& c.i. de confeſſ. Bar.in l.iuſiur.§. procurat. ff.de iureiur Ang.de Alex.de Vbal.conſi.44.nu.12.in conſi.matr.c. inter dilectos de donat.

69 Frater S. Franciſci non poteſt eſſe teſtis immo reprobatur. Ratio quia d.fratres non debent ſe impedire in negotiis ſæcularibus, nec ſe in eis immiſcere contrarium eſt uerum. ut c. nuper, & c. cum nuncius de teſtib.§.i. & ibi ſpe.in tit.de teſt.uerſi. quid de monaco. Corn.conſi.135. col.5.nu.14.uol.i. & conſi.68. in fine eo.i.uol. Bal. conſi. 22.nu.2.uol.i. ubi loquirur de fratre S.Auguſtini.

70 Clerici & religioſi ſine licentia & aſſenſu prælati & ſuperioris teſtimonium dicere prohibentur. ut c. non dicatis xij.q.1. & Corn.conſi.135.col.5. uerſi. Ita non obſtat. uol.i.doct. in d.c. cum nuncius, de teſti.de Lud. ſing.8. quod nota.

71 Item reprobatur teſtis quando deponit & teſtificatur de commodo proprio, uel eius incommodo, ut l. omnibus. & l.nullus.C.de teſti. Bal.not.conſi.20.nu.5 uol.e. & l.i.§. in propria.ff. quando appell. ſit, ibi cuius commodum

dum, uel damnum ſuo nomine por.

72 Item reprobatur teſtis quando deponeret ſuper ualiditate ſuæ ſententiæ, ut c.cum a nobis de teſt.Alex.conſi. 70.nu.2.uol.3. ac etiam quando quis deponit ſuper eo ſuper quo uerſatur laus aut uituperium reprobatur, & ſuſpectus redditur. Ita ſpec.in tit.de teſte.§.i.uerſi.ſed pone Alex. conſi.141.nu 9.uol.i. ꝙ not.

73 Item reprobatur teſtis ex quo eſt pauper, & producenti ſubiectus. ut l.eos. in uerſi. potentatui.C.de teſt.ex quo enim ſunt ſub dominio producentis a teſtimonio repelluntur. Item qualitas paupertatis, cum ipſa ſubiectione dictum debilitat. Ita Roma.conſi.382. nu.5.ſpe.in tit.de teſti.§.i.uerſi. ꝙ eſt pauper. Alex. del Neuo, conſi.37.nu. 18.& 20. Aut uilis & pauper ut Alexan. conſi.73.in nu.8. Alex.conſi.150. col.4.uol.5. Deci.conſi.310.col.ult.

74 Hermofroditus etiã reprobatur dicere ueritaté ex quo habet utrunque ſexum, ſed doct. concludunt, ꝙ conſiderabitur ſexus qualitas, & illa qualitas quæ erit potentior ſpectabitur nam ſecundum Bal.in l.repetundarum in fine ff.de teſt.& l. quæritur de ſtatu hom. potentior qualitas eſt conſideranda, ac ratio præualet, ꝙ not.

75 Teſtes 64. requiruntur ad damnandum Cardinalem, & 70. ad condemnandũ epiſcopum, ita habetur.in c.præſul. ij.q.4. Abb.in c. per tuas de maior.& obed.Roma in auct. ſimiliter.C. ad l.fal.in fall.34.ſpe.Dec.in c.at ſi clerici ij. not.nu.4 de iudit.

76 Item reprobari non poteſt teſtis adhibitus in inſtrumento de uoluntate partium, ita Alex. in conſi.93.nu.11. uol.6.Bal.in l.ij.C. de teſtib. & in l.ſcripturas.C. qui pot. iu pign.hab. & in auct. de teſtibus.§. licet in uerſi. ſuppliciis, & Innoc.in c.ex litteris de tranſact.& Baly.in l.quoniam. C. de hæretic.

77 Compater ſeu pater ſpiritualis idoneus teſtis eſſe non poteſt & hoc propter affectionem, quæ illum mouet cum in caſu neceſſitatis compater tenetur alimentare hos filios ſpirituales, & ideo eorum fidem non eſſe uſquequaq; integram dicendum eſt. Felin. in c.cum ſpeciali. nu.20. de appellat.Bened.in rep.c. Raynutius. nu.20. & nu. 767.

de

de teſta. Bal.in l.generaliter.ff. de in ius uoc. Saly.in l.teſtis idoneus.ff. de teſti. Bar.conſi.92.uerſi. non obſtat, ꝙ ipſe eſt ſantolus pater Cæpol.conſi.conſi.5.uerſi. nec etiã ex eo. Tiraquel.cauſa 21.nu.7.8. & 9. de pœnis.

78 Alumnus idoneus teſtis eſſe non poteſt pro alimentatore, cum uice patris obtineat & hoc propter reuerentiã, & beneuolentiam quam habet erga ipſum, argumento l. quia parentis.ff. ſolu.mat.& glo.not in l.teſtis idoneus.ff. de teſtib.& alumnus dicitur qui nutritur. ut l.i.C.qui pot. in pign.hab.& l.ij.§.1. in glo.cũ uectoribus.ff. ad leg.Rod. de Iact. ſed in hoc uerſabitur arbitrium iudicis ex qualitate cauſæ ac perſonarum.

79 Colonus pro domino teſtis eſſe non poteſt. ut §.teſtes in glo. inſtit. de teſta.§. teſtes. uerſi. in ea re. Bal. not.in conſi.293.nu.8.uol.3.uerſi. quantum ad tertium, ex quo ſentiunt commodum ſecundario ideo prædicto fides non eſt adhibenda ullo modo, ſicut etiam ſocius pro ſocio teſtis eſſe non poteſt. ſecundum Alex. conſi.133.nu.5.uol. 2. Ange. conſi.256. col.i. Deci. in c.inſuper. num.46. de teſtibus.

80 Inueſtitor non eſt idoneus teſtis in cauſa feudi. Ita Bal.in c.ſi duo. in prima col.de pace tenend. quia quando inter duos competitores eſt quæſtio de prælatione beneficij, uel gratiæ, is uidetur eſſe potior, qui uerum dominium feudi pro domino feudi tenet pro inueſtitore ſecus ſi ab eo ui poſſideat, & hoc ſecundum And. Barbat.

81 Particeps litis non eſt, nec eſſe poteſt teſtes in cauſa. Ita Bal.in l.dictantibus.C. de teſtament. nu.4. Quattuor enim modis, res dicitur propria primo ratione utilitatis, iure rei, iure inſtantiæ, & iure officij, de primo ex quo eſt particeps eiuſdẽ litis. de 2. habetur.in l.ſæpe.ff.de re iud. de 3. dicitur de procuratione. de 4. eſt de aduocato, & ideo particeps litis non eſt, nec eſſe poteſt teſtis in cauſa ratione commodi & utilitatis.

82 Seruientes & dappiferi non ſunt idonei teſtes, ut glo. not.in.§.teſtes in uerſi. in ea re, inſtit.de teſtament. & l.fi. §.ſane. C. de ijs qui ad eccl. confug. & l. recipiendum.§. furta.ff.de pœnis. in glo.Anch. conſi.246.nu.1.

1 Titulum poſſeſſionis ſuæ nemo oſtendere tenetur.l.co gi.C. de pet. hæredit.l.fin. C. de rei uend.l. extat decre tnm.ff.de iure fiſc. & l.ij.ff. de probat.§. commodum inft. de interdict. & l. poſſeſſiones, & l. ſiue poſſidetis. C. de probat. cum aliis.

1 Fallit in feudalibus titulis ſi dominus hoc requirit, & ille qui eſt requiſitus fatetur eſſe uaſſallum. ſecundum Iacob. Ardui in ſua ſumma, in tit. quib.mod.feud.amit.§. item ſi dixerit uaſſallus, & in c.i cum autem. in iij.not.de contro.inueſt.& ibi Affl. & deci.265.nu.86. & 87. Bar. in l.i.C.de condux.& procu. l.xij.& Bal.in c. ſi uaſſallus feudum, ſi de feud.fuerit contro. inter dominnm, & agnat. cum concord.

2 Fallit in ſpiritualibus, quia ad iudicis inſtantiam pertinet intruſos in beneficiis non habentes titulum in dictis beneficiis eos omnino repellere. ut c. ordinarij, de off. ordin.in 6. quia ſpiritualia ſine titulo detineri nullo modo poſſunt. Bal.in l.ciuile.C.de fur. Innoc.in c. ad noſtrã de iureiur. Boe.q.89.nu.1.& 2. ubi uult ꝙ alicui nõ detur poſſeſſio beneficii.titulo non uiſo, uel producto ꝙ nota, & l.cogi col.ij.in princ.C. de pet.hæred. quia qui habet titulum cæteris præfertur. ut Deci. c. licet cauſam nu.99. de probat.cum concordant.

3 Fallit in rebus furtiuis, ſeu uiolentia poſſeſſis, quia ad euitandam furti ſuſpicionem interrogatus reſpondere tenetur quo titulo rem ipſam poſſideat. Ita Bal.in d.l.ciuile. C. de furtis, & d.l.cogi. C. de pet. hæredit.

4 Fallit etiam in re litigioſa, quia lite pendente partes nil debẽt innouare c.dilectus.§.quia uerſi. de appella. Abb. & Felin. in c. dilectæ in Chriſto de except. col.ult. quia alienatio nulla eſt, & ambo 5.empt.& uendit.puniuntur pœna pecuniaria, fiſco applicanda, & banni ann.5. ut in parte Rogat.1485. & maio.conſi.1533.ut in eis.

5 Farlit etiam quando factum eſt depoſitum in officio ordinario uel in banchis, per agnatum, uel lateraneum intendentem

tendentem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tendentem præferri, iure prælationis, quia is contra quē factum fuit depoſitum tenetur de neceſſitate exhibere inſtrumentum, ut ſciatur, quanta uera quantitas pecuniarum deponenda ſit, ex forma ſtatutorum & ordinū ex iure prothomiſin. diſponente, pro ut late ſcripſi in tractatu meo, de iure prothom. ꝙ not.

6 Fallit 6. in multis caſibus annotatis per doct. in auct. ſi quis in aliquo C. de edendo, & cano. in c. i. de fide inſtru. ubi ſi in inſtrumento emptionis camporum 12. fit mentio alterius inſtrumenti de alijs campis. tunc is talis tenetur exhibere etiam illud nominatum in prædicto primo inſtrumento, aliter non probat niſi exhibeatur. Ita Deci. in d. auct. num. 4. C. de edendo, ꝙ not. Boe. q. 281. nu. 5. 7. 8. 9. & 10.

## REGVLA CCXVIII.

1 Titulum habens a malefidei poſſeſſore, an aliquo iuris titulo perſcribat. tu habes auct. malefidei poſſeſſore. C. de perſcr. longi temporis x. uel xx. annorum c. ſi diligenti. de perſcript. Affl. deci. 239. magna fuit. nu. 1.

1 Fallit in 8. limitat. poſitis: per Bart. Soci. in reg. 526. quas ſolito tuo ſtudio uidebis, & conſiderabis.

2 Fallit etiam quando titulus & documentum poſitum eſt ad publicas ſtridas, ſuper quibus nullus fuit legitimus contradictor, immo & pacifice & quiete ſunt tranſactæ, & tempora legitima ſunt decurſa. Ita ꝙ uiſum eſt ſapientibus ad audientiam denegandam, qui tanto tempore tacuit iuri uulgaribus.

3 Fallit in poſſeſſore poſt annos 30. quia illis elapſis, nullo modo poteſt allegari malafides, ut Bar. in l. fin. C. unde ui. Bal. in c. ſæpe. de reſt. ſpol. idem Bal. in l. ij. de pet. hæredit. Affli. deci. 240. nu. 3. Boer. q. 42. nu. 38. ubi dicit, ꝙ nec reale uitium furti, uel uiolentiæ impedit perſcriptionem longiſſimi temporis. l. cum hæres. ff. de diuerſ. perſcrip. c. cum quis in ius de reg. iur. in 6. & ibi Dyn.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1 Variare an liceat, qui ſemel elegit, dic ꝙ ſic, ſecun-
dum tex. in l. ſi ſterilis.§.fin.ff.de act.empt.& ita Neap.iu-
dicatum fuit, ubi quidam d. Antonius maritauit filiam, &
ultra dotem promiſit eam tenere in domo ſua, conten-
dentes inſimul deciſum fuit quod dãdo habitationem ex-
tra domum. tacita remaneat. & ſic licuit uariare per tex.
d.§.fin.ꝙ not. Ita Affl.deci.146.

1 Amplia. ut filius qui tacuit per annos 30. & non petiit
hæreditaté paternam & per conſequens excluſus a dicta
hæreditate ex capite, unde liberi, poteſt etiam adhuc eam
petere intra alios 30. annos ex capite unde legitimi, ut
communiter Bal. Corn. Caſtr. & Iaſ. in l. licet. C. de iure
deliber. Alex.conſi 90.col.2. uol.2. Guido papa ſing.89.
cum ſequen. & ſic uariare licet.

2 Amplia. etiam in contractibus citro, ultroque obliga-
toriis, & in perſonis contrahentium, qui ambabus ipſis
contentantibus poſſunt reſoluere contractum, & ſic ua-
riare, re tamen integra. ſecundum tex in l. ſicut. C. de act.
& obligat. & l. quamuis. C. de tranſact.

3 Amplia. ſimiliter in additione hæreditatis, quæ non
affert, nec lucrum, nec damnum hæredi non conficienti
inuentarium, ſecundum Affl.deci.3.nu.17. quia addita hæ-
reditate, poteſt hæres, poſtea ſe abſtinere, ſi conſiderat
illico illam magis damnoſam, quam utilem, petita reſti-
tutione, quia hæreditas adita repudiari non poteſt. l. ſi-
cut. C. de repud. hæredi. niſi petita reſtit. ut l. 1. C. ſi ut ſe
ab hæred. abſt. Corn. conſi. 61. f. uol. 4.

1 Fallit in ſententia diffinitiua quæ per proferentem non
reuocatur. l. poſtquam iudex. ff. de re iudic. Bar. in l. 1. in
princ. 3. col. ff. ad Turpillia. doct. in l. actorum. ff. de re iu-
dic. Alex. conſi. 118. nu. 12. uol. 3.

Fallit in uoto religionis, ut ſi quis iurauit ingredi uo-
tum religionis S. Frãciſci, & poſtea ingrediatur aliam te-
net ingreſſus. ſecundum c. qui poſt uotũ extra de regular.

3 Fallit

3 Fallit in teſtibus deponentibus in cauſa falſi, qui ſi deponunt in eo in quo conſiſtit ſubſtantia principalis negotii, actum eſt de eis ſecus in acceſſoriis, quia ex hoc nõ cenſentur uariare & ſe remouere poſſunt nec reprobari poſſunt, ſecundum Gramma.deci.43. nu.2.fol.182. all.c. dudum. uerſi. ſubſtantia extra de conuer.coniuga. & Bar. Cyn. & Ang. in l. qui ſententiam. C. de pen. Bal.in l.i.in fin.C. ſi plur. una ſententia.

4 Fallit in filio ratione ſuitatis, qui ſi adit hæreditatem poteſt infra triennium mutare uoluntatẽ & hoc ſi ipſe uiuit, ſecus ſi moriatur, quia hanc libertatem & hoc ius non tranſmittit ad hæredem. Ita not.dicit immo Ang.& Roma. in l.uentre.ff.deacqui.hæred.Iaſ.in l.ſi quis.C.de repud. & abſt. hæredit. nu.4.& 5.

5 Fallit in legato ſecundum Ro. in ſing.69.ubi fuit legatus uſus magni palatij cuidam pauperi. Is elegit certam partem pro ſuo uſu quærit an poſſit uariare & totum palatium habere, dic, ꝙ ſic tex. eſt in l. diuus.§. licet.ff. de uſu, & habita.

## REGVLA CCXX.

1 Vagabundi in illis locis ubi delinquunt puniri debent. doct. in l.i.C. ubi de crim.agi opor.& doct. in l. hæres abſens.§.proinde.ff.de iudic. & ibi Cur.iun.nu.10. ubi tenet ꝙ iſti uagabundi & ſine domicilio ibi puniri debent ubi craſſati ſunt, & hoc idem Cald.in c.i.de rapt.& l.i.§. prætor. ibi habitationem non habeant, & ibi glo. & Bar.

1 Amplia. hoc idem de raptoribus & aſſaſſinis,pro ut Io. de Anna.in d.c.1.nu.2. de rapt.tex. in l.unica. C. de rapt. ibi ſine fori perſcript.& ibi Bal.nu.8.& Saly.nu.15. Marſ. conſi.105. & Gem.in c. pro humani de hom.in 6.

1 Fallit in uagabundo qui habet habitationem in aliquo loco, quia tunc remitti debet. Abb. in c. fin. de rapt.nu. 13. Melch.reling.in d.c.fin.nu.9. & 10. de foro compe.& ita ſentit Annania in d.c.i.de rapt. ubi dicit ꝙ non eſt ſub

lata remiſſio , ad locum delicti,& ita ſentit Bar. in l.iiij.§.
prætor.ff.de damno infect.& glo. & Bar.in l.eius qui in §.
fin.ff. ad municip. ubi tenet ꝙ proprie ille dicitur uaga-
bundus qui non habet domicilium certum. Cæpol.conſ.
58.nu.24. in conſi.C. quam glo.Panor. affirmat in d.c.fin.
de foro compe.nu.13. & Bal in.l. dies cautioni.§. prætor
ait.nu.3.ff. de damn.infect.

2 Fallit etiam in furto, quia ſi fur reperitur cum re furata
in quocunque loco fuerit deprehenſus, ibi ſuſpendi & pu-
niri debet, & hoc propter frequentiam d. criminis. Ita
Bar. in l.ſi dominum rei nu.2.ff.de fur. & ibi Dyn.& Caſt.
conſi.458.nu.2.uol.2.Ang.in tract. malef. in uerſi. & ue-
ſtem cæleſtem. nu.15. ubi multa accumulat.

3 Fallit etiam in hæretico quia de tali flagitio poteſt ubi
cunque puniri, omni ſublata remiſſione . ut l. Arriani.C.
de hæreticis & Paulus de Eleaz. in clem.paſtoralis, de re
iudicat. & Imol. in d. clem. nu.64. & Ægid. Boſſ. in ſuo
tract. de hæretic.nu.13. ratio quia grauius eſt offendere
diuinam maieſtatem, quam humanam , ut auct. Gazaros.
C. de hæret.

4 Fallit etiam in omni uagabundo delinquente, qui po-
teſt ubique conueniri , ſecundum Anch. in conſi.191.nu.
4.alleg. tex.in l. hæres abſens.§. ſi quis tutelam.ff. de iu-
dit. cum infinitis.

## REGVLA CCXXI.

1 Vanus timor meticuloſo non patrocinatur.Bal.in l.nec
timorem.ff.de neg.geſt.nu.1.l. uani timoris.ff. de reg.iur.
ſed debet eſſe talis quod cadat in conſtantem uirum, uel
mulierem. Ita glo.in c.cum dilectus, quod mea cauſa Ro
ma.ſing.22.tu ſcis. Iaſ. in l.interpoſitis.nu.7.C. de tranſ.
Bal. in l.metum. l.ij.ff.quod met.cauſa.

1 Fallit quando partes conſtarent id de quo agitur eſſe fa-
ctum in præſentia affinium, uel conſanguineorũ, quia iu
ris præſumptione excluderetur metus , ut l. tranſactione,
& ibi Bal.Ang. Saly. & Mod.C.de tranſact.Deci.c.fin.nu.
25.uerſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

25.uerſi. poſtremo de appellat. Ang. conſi.215. in princ. ubi all.tex ibi in l.ſi uocati affin.ff.ubi pupp.educ.debeat.

2 Fallit etiam quando res agitur inter patrem & filium, quia magis præſumitur reuerentialis & obſequioſus conſenſus, quam aliter, nec cadit ueriſimile quod pater uelit deludere filiũ, quem magis amat, quam ſeipſum, ut doct. in l. frater a fratre.ff. de cond.indeb. cum uulgar. Affl.q. 69.nu.4.Alex. & Mod. in l.interpoſitas. C. de tranſact.

3 Fallit in caſu.l.ij. & l.cauſas. C. de tranſact. nam timor futuræ litis inducit tranſactiones meticuloſas. Ita Alex. in conſi.42. num.17. uerſi.i. Timor uiolentiæ inferendæ uidetur eſſe iuſtus metus ad infringendã electionem metu factam. ſecundum Alex.in conſi.98. nu.5. ubi terror armorum ſufficit ad incutiendum metum uol.3.

## REGVLA CCXXII.

1 Veritas quando aliter haberi non poteſt, ab illis perſonis habeatur: quæ inuitæ ad teſtificandum non compelluntur. Ita Roma.ſing. 398. & hoc in auxilium ueritatis. Soc. in rubrica 417. Lamphranc. in c. quoniam contra. nu.42.ad fin.de probat. Abb. & Felin.in c.i.de teſt.cogen. nu.8.Gramma.conſi 45.nu.11.17.& 18. & maxime quando ex natura illius facti alii teſtes uéroſimiliter haberi nõ poſſunt, quia eo tunc alii inhabiles & minus idonei admitti debeant, ne ueritas occultetur.c.tertio loco & ibi Anton.de But.de probat.& conſi.59.nu.16.& 22.& ibi Grammat.conſi.24.Alex.conſi.64. difficultas nu.5.col.2. primo uol. & conſi.151. nu.4. & conſi.152. nu.11. uol.e. & conſi.175. nu.2. uol.2.

1 Amplia.1. ut iudex debeat elaborare, ne ueritas quæ Deus eſt opprimatur & occultetur, & debet potius iudex ſcandalum tollerare, quam ꝙ ueritas depereat. Ita Bal.& Deci.in c.quoniam contra. nu.2.uerſi.4. nota de probat. & l.ii.C.de eden.30.q.5.c. iudicante. Abb.poſt. Innoc. in c.ex officii de pœnit. & remiſſ. cum aliis infinitis.

2 Amplia. ut præſumptionibus & coniecturis res probe-

tur: nam in iis quæ ſunt difficilis probationis: præſumptio-
nes coniunguntur ad corroborandam probationem ſecun-
dum Roma. in conſi.7.nu.7. uerſi. & ideo. Idem Roma.
conſi.76.nu.5. & Alex. conſi.24 nu.20. uol.2. & c. præte-
rea.& c. cum cauſam de teſtib. Innoc. in c. in litteris ex-
tra de teſtibus cum aliis infinitis.

1 Fallit in factis quæ excedunt hominum memoriam ui-
delicet in factis annorum 100. ut c. quid per nouale & c.
ueniens de uerb.ſignifi. nam fama in probatione dominii
multũ operatur.l. proprietatis.C. de probat.& libri anti-
qui plenam faciunt probationem, teſtes deponentes le-
giſſe antiqua inſtrumenta in publicam formam, in quibus
apparebat quod tale prædium ſpectabat d. ſemp. & teſtes
de auditu a ſuis maioribus, etiã fidem faciunt maxime in
factis antiquis, ſicut & fama & uulgi opinio pro ut Anch.
conſi.310.nu.2.col.2.uerſi. & iſte probationis.

## REGVLA CCXXIII.

1 Venditio unius fundi facta duobus inſolidum, ille præ-
fertur qui prius eſt, & reperiatur in poſſeſſione ipſius rei
emptæ, ſecundum tex. in l.quotiens.C. de rei uend.& l.
qui tibi.C.de hæredit. uel act. uendit. ratio quia ille cui
tradita eſt poſſeſſio, ille præfertur, quia dominium non
ſeparatur a poſſeſſione. Bal. in l. ordinarii.C. de rei uen-
dica.Bar. in l. ſi de eo.§. fin.ff. de acquir. poſſ. Raph. Cu.
conſi.158. & conſi. 49.

1 Fallit 1. in feudo, quia ſi res eſt data alicui in feudum,
& illamet poſtea detur alteri, & ultimus apprehendat poſ-
ſeſſionem, attamen primus poſſeſſionem habebit & ob-
tinebit. Ita Roma.conſi.70. uiſis. col.2.nu.3.uerſi.3.
2 Fallit 2. d. regula locum non habere in perſona eccle-
ſiaſtica uendente: ex quo primus emptor debet habere
rem emptam non obſtante, ꝙ ſecundus emptor primo poſ-
ſeſſionem conſequutus fuerit. Ratio quia eccleſia debet
eſſe tutrix, & autrix iuſtitiæ, ita Io.And.& Hoſt. in c.con
tineba-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tinebatur de iis quæ ſiunt à prælat. 5. conſi. capituli, idem Roma. conſi. 70. nu. 3. uerſi. uel ſecundo. & conſi. 298. circa præmiſſam. nu. 2. Felin. in c. cum olim. col. 3. de re iudic. idem Rom. rep. auct. ſimiliter. col. 1. uerſi. 12. C. ad l. falcid.

3 Fallit 3. quando uenditor ſe conſtitueret præcario nomine poſſidere pro primo emptore, quia licet alteri uendat & ſecundo emptori poſſeſſionem tradiderit. Attamen primus præfertur propter dictam clauſulam præcarii. Ita ſing. Io. Andr. in addit. ſpecul. in tit. de empt. & uendit. in. §. ſciendnm in col. 16. uerſi. hic dubitatur ſi iſte uendat, hoc idem Angel. conſi. 104. & in conſi. 160. & in tubrica. C. de contrah. empt. q. 16. nu. 16. Bal. & in l. quotiens, in quadam appoſtilla, ꝙ not. de rei uend.

4 Fallit 4. quando uenditio eſſet facta perſonæ priuilegiatæ ut puta eccleſiæ, uel perſonæ eccleſiaſticæ, uel hoſpitali, quia eo tunc illa perſona priuilegiata præfertur. Ita dicit glo. not. in l. ſiue autem §. ſi duobus. ff. de publi. act. & Ang. in. §. uenditæ inſtit. de rerum diuiſ. cum aliis.

5 Fallit in pauperibus Chriſti, quia ſi res uendita fuit traditaq; d. emptori, qui rei uenditæ poſſeſſionem adeptus ſit, iſti pauperes tanquam primi, & potiores præferri debēt ſecundo emptori. Ita Bal. & Ang. in d. §. ſi duobus, quod priuilegium eſt conceſſum perſonæ ob paupertatem, adauctis ergo facultatibus perdit priuilegium. l. non tantum. §. eos ff. de excuſat. tut. & ibi Bar. Alber. Bal. Iac. de Aren.

6 Fallit 6. in contractu matrimoniali, nam ſi puella promittitur uni perſonæ per uerba de præſenti, & poſtea ſecundo alteri promittatur & tradatur, utique primus contractus tenet & non ſecundus. Ita eſt tex. in c. fin. de ſponſal. Federicus de Sen. in conſi. 57. Felin. in c. 1. col. 2. ut lit. non conteſta. Marſ. in ſing. 82. incip. uolo tibi.

7 Fallit 7. quando in ſecunda uenditione fraus & dolus interueniſſet, quia eo caſu ſecunda reuocata, primus ex omni iure debet præferri, & in poſſeſſionem & tenutam rei uenditæ poni debet. ut Alex. in d. §. ſi duobus. & Bal. in rubrica. C. de iis quæ in fraud. credit. in princ. num. 1. Marſ. late in ſing. ſuo 82. uolo tibi per totum.

8 Fallit in impetratione beneficiorum eccleſiæ, nam ſi
duo impetrauerunt unum & idem beneficium, ille utique
præfertur, qui primo impetrauit. licet ſecundus poſſeſſio
nem acceperit. Ita Dyn. in c. qui prior. extra de reg. iur.
& tex. in c. vi. Seſſ 23. Trident. & c. capitulum S. Crucis, de
reſcriptis ubi eſt tex. in terminis, ꝙ tu nota.

## REGVLA CCXXIIII.

Vendere nemo compellitur: nec inuitus emere rem ali
1 quam † quis cogi poteſt. l. non enim. ff. rerum Amot. & l.
nec emere. C de iure deliber. & l. inuitum. C. de contra-
hend. empt & l. inuitus. ff. de reg. iur. cum aliis.

1 Fallit 1. fauore reipublicæ. l. item uerberatum & ibi
Bal Ang. Alber. & Odof. ff. de rei uendicat. Boe. q. 322. nu.
2. Felin. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit.

2 Fallit etiam fauore religionis & piæ cauſæ. l. ſi quis ſe-
pulchrum. ff. de relig. & ſumpt. funer. & l. utimur in fine. ff.
de ſepul. uiolat. & l. i. ad fin. ff. ad municip.

3 Fallit in ſeruitute itineris in fundo empto, quia non ha-
benti uiam uia danda eſt. ſecundum ſtat. Tar. in tract. 2.
l. ii. rubrica 24. Ac etiam Verouæ, Baſſani, & alibi ſecun
dum diſpoſitionem ſtatutorum. Old. Alber. & doct. in l. ſi
quis ſepulchro. ff. de uerb. ſignifi. in relig. & ſumpt. fune.
Boe. q. 322. nu. 2. ꝙ not.

4 Fallit etiam quando prædium uel poſſeſſiones uendi-
tas quis habere non poteſt, ſed illas habere intendit ex
iure prælationis pro ut late Bal. Affli. Mant. & ego in trac.
noſtro de iure prothom. ſatis copioſe diſſeruimus.

5 Fallit etiam in illo qui exponit rem uenalem, ut ſunt
hoſpites, uel qui in platea furmentum farinam, uel alias
res comeſtibiles uendendas exponunt, iſte talis ibi exi-
ſtens tenetur illas cuilibet omnino uendere. Ita glo. not.
in l. non enim. la prima. ff. de act. rerum Amot. Imol. & Io.
Andr. in c. i. col. ult. de empt. & uendit.

6 Fallit etiam quando princeps habet rem communem
cum aliquo diuiſibilem, quia ſicut poteſt pro libito ſuæ

uolun-

uoluntatis partem ſuam uendere. Ita poteſt partem conſortii alienare etiam ſine cauſa, oblato & ſoluto precio, ut l.ij.C. de communi rerum alienat. Ita Abba. in c. penult. col.9. de re iudicat. & Bar in l.fin.C. ſi contra ius, uel public. utilit. & ample Marſ. in l.i.§. cum quidam deponere. ff. de quæſtion.

7 Fallit in eo uiro, qui in locis ſolitis habet terrenum pro furcha erigenda, quia is talis, pro iure iure ac intereſſe reipub. tenetur & cogi poteſt ad prædium uendendũ pro iuſtitia exequenda. Ita Io. Andr. in appoſt. ad ſpecul. in rubrica de executione ſententiæ, & doct. omnes in l. ſi uerberatum. ff. de rei uendicat. Marſ. in l. prima. nu.27. ff. ad l. Cornel. de ſicar.

## REGVLA CCXXV.

1 Venditor fundi cum decreto iudicis, ſi pars quæ eſt decepta reperitur leſa ultra dimidiam iuſti pretii, an excludatur quominus reciſionem inſtrumenti uenditionis emptor petere poſſit, uideretur dicendum ꝙ non, ex quo decretum tollit omnem ſuſpitionem fraudis; ueritas tamẽ eſt in contrarium, ſecundum Abb. in c. cũ cauſa, de empt. & uendit. licet Bar. teneat opinionem contrariam. in l.i. C. de præd. Curia. l.x. quæ communiter reprobatur, conſtito de leſionem ultra dimidiam. Ita Roma in l. ſi quis cũ aliter. ff. de uerb oblig. Alex. in l. præcia rerum. ff. ad l. falcid. col.4. & can. in c. cum dilecti. de empt. & uend. Deci. conſi.210. nu.3. uol.i.

1 Fallit quando apparet dolo partis, quia dolus & fraus nemini patrocinari debet. ut c. ſed. & c. ex tenore de reſcript. Bar. in l. ius pluribus. nu.2. ff. de iuſt. & iur. Bal. in l. unica. C. de fideiu. minor. doct. in l. & ſi præſes. C. de prædiis minor.

2 Fallit quando re ipſa apparet de manifeſta leſione. Ita Bal. in l. unica. nu.9. C. de confeſſ. Marſ. ſing.220. & idem Bal. in c. conſultationibus de offic. delegat.

3 Fallit etiam quando eſt interpoſitum in die feſtiuo in

 hono-

honorem Dei ut l. actus, & l.dies feſtos. C. de feriis. Iacobus de S. Georg. in l.diuus.nu.7.ff. de feriis.

4 Fallit etiam quando decretum fuit interpoſitum ſine cauſæ cognitione & iudicem ad plenum non edocuit. Ita Bal.in conſi.375. nu.4.uol.3. Alcia.in tract.præſumpt. nu.9.tex.in l.i.C.de prædiis decur.lib.x.

5 Fallit etiam quando non interuenit citatio glo.& doct. in l.i.C ubi in rem act.l.ſi finita.§. Lucianus.ff. de damno infect. Bar. in l. conſentaneum. C. quo. & quando iudex Corn.conſi.52.nu.4.& conſi.132. nu.5.uol.4.

6 Fallit itidem quando immineret neceſſitatis actus etiã requirentis cauſæ executionem, quia etiam die feriata exerceri poteſt. ut l.ij.in fine.ff. de ferr. Ita Guid.papa q. 215.nu.9.ratio quia nuda executio non requirit cauſæ cognitionem, etiam in die feriata, ex quo periculum damnum afferre poteſt. Ita Panor. in c.fin. penult. col. uerſi. Ego puto poſſe dici. de iudit. & ibi Felin. & Anto. de But. ꝙ nota.

## REGVLA CCXXVI.

Vendito boue ſi intra tres † dies apud emptorem moriatur dubitatur, an emptor ob uicinitatem tẽporis aget redibitoria actione contra uenditorem, tu abſolute tene, ꝙ ſic, per tex. in l. cum ſex. cum l. ſequi. & l.ſciendum.§. fin.& l.rediberi in prin.ff.de edil.edict.ſpe. in tit.de empt. & uendit.§. nunc uidendum uerſi. ſciendũ eſt. in addit.ubi dicit ꝙ præſumptio inſurgere põt ex ægritudine generata & habita apud uenditorem, ſed in hoc ſtabitur iuditio peritorum, uiſo & inſpecto d.animali, & in hoc uide Ang.in .§.in duplum. nu.10.inſt.de act. & ibi etiam uide formam libelli in actione redibitoria formata per Ang. ꝙ not.

1 Fallit 1. quando uenditor clare proteſtatur ſe nolle teneri de aliquibus ſchinelis, ſeu de aliquo morbo, quia eo caſu nullo modo apparet ꝙ uenditor animum habuerit fallendi & decipiendi emptorem. glo.eſt in l.ea quæ commendandi. in uerſi.diſſimulat.ff.de contrahend.empt.Ita

Cæpol.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cæpol.in l. ſi uenditor.nu.10.ff. de edilict. edict. & Ang. in d.§.in duplum. nu.10.inſt.de actio.

2 Fallit in rebus donatis, quæ locum non habet actio redibitoria. ut l.ad res donatas.ff. eo.tit. & Bal.in l.ij.C. de edil.edict. Bar.in l. ſi id quod aurum in princ.ff. de uerb. oblig.& late Cæpol. in d.l. ad res donatas.ff.eo.tit.

3 Fallit in uitio animi, uel corporis, orto poſt emptionẽ rei uenditæ. Ita Cæpol.in l.actioni, in princ.ff.de edilict. edict. & Cyn.in l.1.C. eod.tit.

4 Fallit etiam quando res uendita reperitur pœnes emptorem dolo, uel familiæ ſuæ culpa perempta. Cæpol.in l. ſi mancipium. nu.21.ff. de edil. edict. &ibi Raph. Fulg. ratio quia emptor tenetur de facto ſuorum domeſticorũ, ſecundum Fulg.& Cæpol.in l.quod in procurat.ff. de edilict.edict nu.5. & 6.

5 Fallit etiam in rebus hæreditariis, quæ anima carent, ſecundum tex. in l.ſimplarium in princ.ff.de edilict.edict. & ibi communiter doct. & not. etiam ꝙ pro rebus uiliſſimis non datur actio redibitoria pro quibus non interponitur cautio de duplo, ſecundum Cæpol. in d.l. ſimplarium & ibi Alber.& Fulg.

6 Fallit etiam pro animi uitio tantum, uel corporis tantum; ſed animi & corporis mixtim bene poteſt agi redibitoria, ſecundũ doct. in l.interdum.§. in ſumma propter uitium animi.ff.de edilict.edict.& ibi Alber.& Cæpol.nu. 1.2.3.& 4.in l. prædicta.§. animi autem uitium, cum aliis, 7.fallent.ibi poſitis & relatis per Cæpolam ꝙ not.

7 Fallit etiam quando inter contrahentes conuentum eſſet per ſtipulationem, ꝙ uendit9r in nullo caſu teneatur de interitu & morte animalis uenditi ex quo forma pacti & conuentionis omnino eſt obſeruanda. ut l. pacta conuent.de pact.& Alber.& Cæpo. in d.l.i.ff.de edilict.edict. cum multis ibi adductis, ꝙ tu not.

## REGVLA CCXXVII.

Venditione prohibita an cenſeatur prohibitus etiam
1 omnis alius contractus.† Bal.in l.cum ij,quibus.§.ſi cui.ff. de

de tranſact. tenet ꝙ ſic de ſtricta ſignificatione, ſecus de interpretatione, ſecundum Cor.conſi. 166.nu.uol.2.Caſt. conſi.177. ſuper primo. Deci.conſi.660. nu.8.Bal.in conſi.336.nu.2. præmitto. uol.5.ubi dicit, ꝙ prohibetur omnis actus, per quem dominium transfertur. iuxta tex.in l. fin.C. de rebus alien.non alien.

1 Amplia. 1. ut prohibita uenditione prohibetur etiam conceſſio, ſecundum Bal.in conſi.322.imprimis.nu.3.uol. 4. Nam eccleſia, iura, quæ uendit uni, alteri concedere non poteſt iuribus per eum, ibi adduct. & ponit etiam in conſi.218. nu.2.uol.1.

2 Amplia. ut prohibita uenditione prohibetur etiam omnis contractus per quem dominium transfertur, ut puta permutatio, donatio,& tranſactio, & perpetuus emphitheoſin contractus. ut Luc.de Pen.in l.ſi quis. nu.4.C.de fund.patrimon.lib.11. & in meo tract. de ord.proceden.

1 Fallit in datione inſolutum extra iudicialiter facta ex quo ex ea naſcitur actio ex empto ut in l. ſi prædium.C. de euict.& in l.elegantur in princ.ff.de pignor.act. Corn. conſi.166.d. & c. uol.2. & eſt mirabile conſi. in hac materia ubi prohibita uenditione prohibetur etiam datio in ſolutum ꝙ nota. in l.5.d. conſi.166.

2 Fallit quando ſtilus, & conſuetudo fori aliter & alio modo circa expenſarum taxationem aliter diſponit & obſeruatur, ſecundum Innoc. in c.fin.de dolo & contumac. Guid. papa q.625.

## REGVLA CCXXVIII.

1 Venditiones plurium camporum unico precio, ſi non dicatur tantum pro tali campo & reliquum pro tali precio, plures dicuntur uenditiones, ut l.ediles.ff.de edilict. edict.& ibi glo.in uerſi.uno precio. ibi uno precio ex corpore ſingulorum camporum: Bar in q. publicanus,mouet hanc difficultatem. tu uide tex. in l. cum duo ſerui.ff. de in diem addict.& l.cum eiuſdem.ff.de edilict.edict. qui eſt

melior

melior tex. Bal. in l.fin §. præterea. col.2. C. de iure dot. Deci.conſi.421. nu.3.& 4.

1 Fallit quando in ſingulis rebus non eſt conſtitutum precium, nec habent precia diſtincta & ſeparata, & emptores unam ſine aliis non emiſſent, ideo tanquam de pluribus uenditionibus iudicari dicendum utique eſt.l. cum eiuſdem, & l. ſi plura municipia.ff. de edil.edict. & ob id pro uno contractu omnes res reputari ambigendum non eſt, ut Deci. in d. conſi.421, nu.4. ad fin.uerſi. ſed conſiderando uol.i.

2 Fallit etiam quando in uenditione dictum fuit uendo tale prædium tot iugerum infra talia confinia precio ſpecificato in ratione campi, quia ſi prædium eſt in maiori quantitate, illud ꝙ eſt plus non uenit in uenditione, ſecundum Felin.in c. ſignificante uerſi. & dum Ale.nu.7. de reſcript.alleg. tex.in l. ſi ſeruum.§.i.ff.de act.empt. ibique Paulus de Caſtr. ꝙ tu nota, quia uidi quamplurimos in hoc errare.

## REGVLA CCXXIX.

1 Venditor bonorum eccleſiæ, ſeu hoſpitalis debet eſſe ſollicitus de conuerſione rei in utilitatem eccleſiæ ſeu hoſpitalis. Ita tex. in c.i.de reb.eccle.non alie.in 6.glo.not. in l.i.C.de uend.reb.ciu.l.12. Roma. conſi 440. nu. 5.Bal. conſi.475.nu.2.uol.i.& conſi.299.nu.2. & 9.eo.uol.& conſi.353.nu.2.uol.3. & in uenditione, requiritur auctoritas ſuperioribus: decretum & conſenſus. glo. not. in uerſic. tractatus de reb.eccl.all.uel non in 6.Guid.pa.q.160.n.1.

1 Amplia. in mutuo facto eccleſiæ, ut l.ciuitas.ff. ſi cert. pet cano. in c.grauis, extra depoſ. ꝙ ſcilicet ſit uerſum in utilitaté eccleſiæ, & c. quod quibuſdam, de fide inſtru. & ibi But.

2 Amplia. hoc idem depoſito facto in manibus economi eccleſiæ, ſecundum doct.cano.in c. grauis depoſiti, & ibi Innoc.& But. & Roma. conſi.44.nu.5.

3 Amplia.

3 Amplia. etiam quãdo uenduntur bona eccleſiæ pro ſuo debito particulari, ut in auct. hoc ius. C. de ſac. ſan. eccl. & 10.q.2.c. hoc iũs, & Roma. ibi & conſi. nu. 5.

4 Amplia. ut bona eccleſiæ uendi debent cum conſenſu capituli & canonicorum præſentium. Ita uoluit Innoc. in cap. i. extra de ijs quæ fiunt a prælat. ſine conſi. capituli, & ibi Hoſtien. hoc idem Flor. Car. & Antonius de But. in præallegato cap. i. ꝙ not.

## REGVLA CCXXX.

1 Venditor fundi ex natura contractus tenetur de euictione & legitima defenſione rei uenditæ. tex. in l. i. illud, & l. ſi fundus uenierit. ff. de euict. & in l. emptor fundi. C. de euict. & ibi Bar.

1 Amplia d. reg. ut locum habeat in omnibus alienationibus & uenditionibus tam iurium corporalium, quam incorporalium, ut l. i. in fi. C. de peri. & commod. rei uend. Corn. in terminis in conſi. 325. per totum. uol. i. ubi multa congerit.

1 Fallit in tutore & procuratore uendente dicto nomine rem domini, uel pupilli. Ita Bal. & doct. in l. i. C. cred. euict. pign. non debere, & dicit ibi Bar. milies allegaſſe procuratorem & tutorem in ſui ſpecie non teneri, pro uenditione facta nomine pupilli. Ita Iac. de S. Gemin. in l. fi. nu. 13. C. de furt. Corn. conſi. 72. col. i. eo uol. 4.

2 Fallit etiam in omni alia perſona uendente rem ſtabilem ex officio, quia nullo modo tenetur de euictione. Bar. in l. alio hærede qui penu. ff. de aliment. & cib. legat. & aliis per Alex. ibi adductis, & Bal. in l. ſi procurat. ff. de procurat. Dyn. conſi. 23. & 24.

3 Fallit etiam quando res uendita euincitur ex noua cauſa, pro ut eleg. conſuluit d. Corn. per d. conſi. 325. in fine a uol. i. maxime cum non intercedat culpa emptoris, uulg. l. i. & ibi Bal. Ang. & Saly. C. de per. & cómod. rei uenditæ.

4 Fallit in eo qui fuit expulſus de poſſeſſione, quia non

agit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

agit de euictione, Ratio quia ad hoc ut agatur de euictione res debet euinci per ſententiam iudicis, ſed expulſio non fit per ſententiam, ergo. Ita Iaſ. in l. domus. §. de euictione nu. 13. ff. de leg. primo.

5 Fallit etiam in prælegato relicto per teſtamentum alicui, quia eo caſu non poteſt agere de euictione, ſecundum Iaſonem in l. ſcimus. nu. e. C. de inoff. teſtam.

6 Fallit itidem quando res eſt euicta per ſententiam arbitri, quia uenditor nullo iure tenetur, ſecundum tex. in l. ſi dictum. §. ſi compromiſero ibi nulla mihi de euictione actio danda eſt aduerſus uenditorem. ff. de euict.

7 Fallit in uenditione uniuerſitatis, ut puta gregis hæreditatis Caſtri, ſeu ciuitatis, nam re ſingulari euicta euictio pari modo debetur. l. ſerui uenditor. & l. i. C. de euict. & l. naue. ff. eo. tit. Ratio ponitur, in glo. in uerſi. ſingulis. C. eo. tit.

8 Fallit etiam quando quis ſua culpa, uel negligentia factus eſt de poſſeſſore petitor, uel de uictore uictus, quia contra auctorem ſuum non habet regreſſum. tex. & ibi Bal. in l. ſi rem. §. ſi duple. ff. eo. tit. de euict.

## REGVLA CCXXXI.

1 Vendens prædium ſi promittit de euictione pro facto ſuo tantum non tenetur de facto ſui auctoris. Ita Roma. in l. ſtipulatio. iſta. ff. de uerb. oblig. glo. eſt ſing. in uerſi. ad iura. in l. ſi eum fundum. ff. de uerb. ſignifi. Ita Cremen. ſing. 32. & ſing. 158. & Bar. in l. ſi ſeruus. ff. de cond. fur.

1 Fallit ſi emptor ſe compromiſit in uenditorem & lata ſentētia contra eum tunc habebit regreſſum de euictione contra uenditorem. Ita ſp. in tit. de arbit. §. poteſt. uerſi. ſed pone habui. ſecundum Ang. in l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. & hoc non reperitur alibi.

2 Fallit etiam in auctore uniuerſali, non autem in particulari & ita tenet Franciſcus Cremenſ. in ſing. 158. licet Bal. in c. i. in* ij. col. in fine, ꝙ ſucc. teneantur, in uſib. feu. uerſi. pone aliquis all. Cyn. in l. ſiue. C. de nego. geſt. & l.

de

de tuo.ff.mandat. teneat contrarium, communis autem
eſt pro Bar. in d.l.ſeruus, la ij.ff.de cond.fur.

3 Fallit etiam quando emptor eſſet hæres auctoris, quia
propter identitatem perſonæ tenetur de euictione & le-
gitima defenſione, & iſta eſt opin. Bar. communiter appro
bata in d.l.ſi ſeruus.ff. de cond.furti.

## REGVLA CCXXXII.

1 Valor beneficii eſt exprimendus in gratia obtinenda
& aliter gratia erit nulla Card. in c.i.col.i. de præbend.
Abb. & Felin.in c. fin. de præſumpt.col.2. Rota in antiq.
deci.276. & deci. 325. in antiquis. Card. conſi.31.incip.
1382. Felin.in d.c.fin.nu.4.Deci.conſi.262. & in c.ad au-
res.nu. 27. & 28. de reſcript.

1 Amplia. ut regula locum habeat in beneficio impetra-
to, ut in eo exprimatur uerus ualor beneficii ut deci.Rot.
292. Anch.conſi.237. incip.de natura.

1 Fallit niſi papa cõferret beneficium motu pro proprio,
ut in regula cancellariæ. nu.61.incip. Item uoluit, & Ro
ta deci.292. incip. licet impetrans, ex quo expreſſio falſi
ualoris non nocet, ſecundum deci. Rothæ 291. & eſt re-
gula cancellariæ. nu.61. incip. Item uoluit ꝙ in gratiis.
Ancha.conſi.137. incip.natura, & conſi.396. incip.remit
to pro clariori nu.4. & conſi.298. in princ. & Rom.conſi.
348. in caſu cum allegatis.

2 Fallit etiam quando de ualore fieret mentio, ſub iis
uerbis ut aſſeritur, & de hoc uide Bal.in c. ſtuduiſti de of-
fic.legat. Abbas & Felin. in c.dudum. nu.6. de præſumpt.
Rota deci.596.incip.papa confert.c. poſtulaſti de reſcrip.
& c. ſi motu proprio de præbend in 6.

3 Fallit etiam quando ualor falſus eſſet expreſſus a Car-
dinali impetrante, quia ipſe non ligatur regulis cancel-
lariæ, ſecundum Anch. conſi.216. quia ſicut non ligatur
papa ex diſpoſitione illarum, nec etiam Cardinalis cum
ſit pars corporis ſummi pontificis.

4 Fallit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4 Fallit itidem quando ex diuerſis clauſulis inſertis in gratia manifeſte appareret, ꝙ ſi beneficium eſſet multo maioris ualoris, illud omnino papa contuliſſet ſecundum deci.Rot.441.incip. Papæ.glo.not.in c.quamuis. in uerſi. uſque de præben.in 6. Card.in clem.i.q.7.de conceſſ.præ bend. Felin.ibi.nu.9.

5 Fallit etiam quando in gratia diceretur per pontificem cuius fructus ualor non excedit taxationem decimæ, quia tunc inſpicitur taxa beneficij, & ita ueniret in gratia ſecundum deci. Rotæ 27. incip. ubi papa & de iſta taxa decimæ, uide glo.not. in clem.ſi benef.in uerſi. taxationem de decim.ꝙ tu nota.

## REGVLA CCXXXIII.

1 Verba enunciatiua an diſpoſitionem inducant, tu tene abſolute ꝙ non Bar. in l.i.nu.77. C. de ſac. ſanct. eccl. Abb.in c. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt. Alex.conſi. 190. plura col.7. uol.6. maxime quando ſunt appoſita in inſtrumento propter aliud.ut Deci. conſi.213.nu.12.

1 Fallit fauore piæ cauſæ, ut Abb. & doct. in d.c.cum dilectus. Affl. deci.83 nu.5. Deci.conſi.159.nu.2. Bar.in l.i. col. penult.uerſi.2. quæro 77.C.de ſac.ſanct.eccl. Abb.in conſi.11.col.2.uol.i.& in c. cum tibi de teſtam. cum allegatis, ut ibi.

2 Fallit etiam fauore dotis,nam diſpoſitionem uerba ipſa inducunt, ut l.ij.C. de dot. promiſſione. Affl.deci.83.nu. 5. Alex.conſi.82.col.7. uol.3. Deci.conſi.35. nu.3.& nu. 8. & conſi.595.nu.7. Roma.ſing.540.nu.1.Bal.in tract.de dote, parte 6.p.78.Iaſ.in l.ex ijs col.p.C.de teſt.milit. & Deci.conſi.213.col.fin. Marſ.ſing.442.

3 Fallit etiam in factis antiquis, ut Bal. & Saly. in l.cum aliquis. C.de iure deliber.Alex.in conſi.75.nu.38.uol.4. Idem conſi.12.in fin.nu.8.uol.4. Afflic. deci.245.nu.4. & deci.285.nu.23. Deci.conſi.36.nu.7. Antonius de But. in c.fin.de ſucceſſ. ab inteſt. Alex.conſi.71.nu.7.uol.4. idem in conſi.6. col. fin. num.3.uol.i. Bal. in l. bonæfidei col.

fin.C. de reb. cred.

4 Fallit etiam quando uerba enunciatiua proferuntur, per modum cauſæ, quia tunc diſpoſitionem inducunt, ut Deci. in conſi.218. nu.15.alleg. Bar.in l.ſi ſocius.§.lucius ff.ſolu.matr. & l.qui uolebat.ff de hæredib.inſtitu. Bar.in l.emptor.§.Ancilla.ff.de rei uendicat.Alex.conſi.46.nu. uol.i Corn. conſi.108.col. penult.uol.2.

5 Fallit ſimiliter in uerbis enunciatiuis in priuilegio principis inſertis, licet alieni facti narrationem contineant, ſufficientem tamen probationem inducunt ut Deci.conſi.445.num.16.

6 Fallit itidem in uerbis prolatis in iuditio poſt litem conteſtatam, quia tunc plenam probationem inducunt, ut Matth.ſing.33.nu.4.allegan. Bar.in l. ex hac ſcriptura. ff.de dona. & l.ſi cui. la ij.§.i.ff.de legat i.

7 Fallit quoque quando uerba enunciatiua ponuntur in inſtrumento procuræ, propter aliud appoſita, quia eo caſu plene probant. ut Bar. in l. gerit.ff. de acquir.hæredit. Matth.Mat. ſing.34. nu.1. & Aret. in d.l.gerit. Bal.in l.ſicut.ff.de pet.hæredit.Iaſ.in d.l.ex iis.C. de teſt.milit.8.limit. ꝙ tu nota.

8 Fallit etiam quando uerba enunciatiua proferuntur in inſtrumento uenditionis, quia arguunt dominium inter ipſas partes nominatas. Ita Alex.in conſi.112.col.i.uol.6. Aym. Crauet. conſi.29. in princ. Soc.in conſi.13.col.1. & conſi.82.col.2.uol.3. Mathes.in not.80. nota, alle. Bar.in c. illud. de præſumpt.

9 Fallit in ultimis uoluntatibus ubi uerba enunciatiua non probant niſi ut infra, ut Bal.in l.neque.C. de teſtam. Bar.in l.ex hac. col.2.uerſio ad tertium.ff.de donat.Corn. uerſi. circa finem. in conſi.254.col.2.uol.4.

10 Fallit in uerbis enunciatiuis geminatis, quia bene probant Bar. in l. cum ſcimus, in fine.C. de agr. & cenſi.l.11. Roma.in conſi.65.col.2.Feli.in c.ſi cautio.col.10.nu.8.de fide inſtr. Soc.conſi.65. col.fin. uol.i.

11 Fallit etiam quando in uerbis enunciatiuis iuramẽtum interponitur, quia tunc uerba enunciatiua diſponunt, ut Ange.in l.ex iis.C.de teſt.milit.& Deci.ibi. nu.29. & 30.

& con-

& conſi.118. nu.5. & 6. & conſi.389. nu.9.

12 Fallit itidem quando uerba enunciatiua proferuntur a pontifice, in iis maxime, quæ ſunt modici præiudicii, ſecundum Felin. in c. ſunt nonnulli.§. ſunt & alii nu.41. de reſcript. ſed tu uide not. glo. in c.i. de rerum perm.l.6. & c.2.de dol.& contu.eo.lib.6.& doct.in l.i. quando non petent part.& Barba. in rubrica. C. qui admit.

## REGVLA CCXXXIIII.

1 Victus uictori in expenſis condemnari debet.† Ita Innoc. & Felin. in c.fin. de dolo & contu.Io.Andr.in c. iuris ignorantia de reg.iur.in 6. Bar. & Saly.in l. properandum .§.ſin autem reus.C.de iudit.& l.hæres.ff.de adminiſt.tut. late Guid.papa q.436. nu.56. Amanel. ſing.120. & l. generaliter in uerſi.iurauit.ff. de iureiur.

1 Fallit 1. quando quis habet iuſtam cauſam litigandi, ut .§.oportet in auct.de iudit.Angel.in l.non ſolum.ff.de rei uendica.Deci.conſi.64.nu.2 uol.i.Iaſ. in d.§. ſi autem.nu. 29.C. de iudit.c.i. de elect.in 6.

2 Fallit 2. quando uictor fuit contumax, & propter ſuam contumaciam damnatur in expenſis, licet iuſtam cauſam habeat litigandi & ſi bene obtinebit cauſam, nil minus expenſas contumatiæ non repetet, nec recuperabit, ſecundum Ang. in.§. hæc autem omnia nu.1. inſtit. de pœna tem.litig. ut doct. in d.§.ſin autem.C. de iudit.

3 Fallit 3. quando altera ex partibus habet conſilium alicuius doct. approbatiſſimi propter hoc poteſt ab expenſis, abſolui ex quo habebit iuſtam cauſam credendi approbato uiro argumento glo. in l. ſi fundus.ff.de cond. & demonſtra.l. bonorum.ff. de bon.poſſeſſ. Ang. in d.§.hæc auté omnia.n. 4.uerſi.3.propter eliſam probationé, ꝙ not.

## REGVLA CCXXXV.

1 Victus appellatione an ueniant ueſtimenta, quibus homo tegitur tu tene ꝙ ſic l.uerbo uictus.ff.de uerb. ſignifi.

l. legatis alimentis.ff.de alimen.& cib.legat. Roma.conſ. 441.nu.4. ac etiam medicinæ, ut l.legatis.ff.eo.tit.Corn. conſi.286.meo uol.3. qui allegat. Bar. in d.l.legatis. & l. ſicut impendia.ff.de uſuf. & l. ſi cum dotem.§. ſi autem in ſæuiſſimo.ff. ſolut.matr.& Corn.conſi.45.nu.h.uol.4.cum aliis, ꝙ nota.

1 Fallit 1. quando in legato uictus dixiſſet, lego ea quæ ad uictum tantum ſufficiant, quia tunc non ueniunt ueſtimenta propter dictionem taxatiuam tantum. Ita Bar. in l.i.ff.ſi quis iuſd.non obt.Steph.Bert.conſi.184.uidi.

## REGVLA CCXXXVI.

1 Victoria tertii appellantis pro ſuo intereſſe † an proſit uicto, tu tene ꝙ ſic ut Bar. in l. a ſententia.ff. de appella. & Abb.& cano. in c. cum ſuper de ſententia & re iudica. l.i.& ij.C. ſi unus ex plurib.

1 Amplia. 1. etiam in reo inuito. Bar. & Mod. in l. non tantum.ff. de appella.Io.Andr in c.fin.de foro comp.in 6.

2 Amplia. ut nedum liceat tertio appellare, ſed etiam appellationem proſequi ſine alio mandato Bar.& Imol.in d. l. non tantum. Ita Innoc.in d.c.cum ſuper de ſententia & re iudicat.

3 Amplia. etiam ſi reus renunciaret appellationi, ut ſing. Bal. in l.fin.§.ſi. C. de tempo. appellat. ratio quia factum a reo uel ab alio, tertio non præiudicat iuri uulgarib.

1 Fallit etiam ſi uictus ſententiam approbaret, ex quo uictoria obtinentis non prodeſt ſuccumbenti, nec econtra, & minus poteſt officere iuribus tertiæ perſonæ appellantis pro ſuo intereſſe.

2 Fallit etiam ubi cauſæ ſunt diſtinctæ, adeo ꝙ non eſt eadem deciſionis cauſa. Bal.in l.i.de appellat. & l.ſi qui ſeparatim §.ſi.uerſi.cæterum ff. de appellat.

3 Fallit quoque quando ſunt diuerſæ ſententiæ, quia ex diuerſis diuerſæ oriuntur actiones.ut d.l. ſi qui ſeparatim.

ff. de

ff. de appella. ibi ſed cum aduerſus, & ibi Ang. & Aret.

4 Fallit etiam in cauſa criminali ubi ſi plures ſunt condemnati, ex eadem cauſa, appellatio unius non proderit alteri, ut doct. in d.l. non tantum & Bal. ſing. in rubrica. C. ſi unus ex pluribus per legem minoribus. C. de iis quibus ut indign.

5 Fallit quando alius fuit confeſſus, ex quo cum per confeſſionem inducatur notorium non prodeſt ei uictoria alterius, ut d.l. ſi qui ſeparatim. §. fin. & ibi Raph. Fulgo. & Aret. ꝙ tu nota.

6 Fallit itidem quando appellatio erat nulla, tamen de facto obtinuit appellans per imperitiam iudicis, ex quo ſententia lata contra unum non prodeſt aliis. ut Bal. in l. i. prope finem. C. ſi unus ex plurib. per l. debitor. §. fin. ff. ad trebell.

7 Fallit ſimiliter quando ille, qui non appellauit, ignorauit ſocium appellaſſe, & dies decem lapſi ſunt ipſo ſciẽte, ex quo non uidetur poſſe gaudere beneficio illius appellationis, quam ignorabat fuiſſe interpoſitam, ut glo. in l. iij. §. i. ff. de appellat. & Bar. in d.l. ſi qui ſeparat. §. fin. ff. eo d. titul.

## REGVLA CCXXXVII.

1 Vicinus præſumitur ſcire facta uicini ſui. Bar. l. i. ff. de flumin. & l. fin. ff. de fundo inſtru. Bal. in l. quoniam ſororem. C. de iure delib. & in l. qui duos in ult. col. ff. de reb. dubiis. & doct. in l. p ff. ſi cert. pet. & ibi Bal. Soci. nu. 29. ff. ſi cert. pet. & Bal. & Deci. in c. tertio loco de probat. & l. ſi uicinis. C. de nupt. & l. octaui. ff. unde cognat. Corn. conſi. 156. d. uol. 3.

1 Amplia. d. regulam etiam ſi uia eſſet in medio duorum camporum, nam ut dixi de iure prothom. in. §. fi. nu. 25. & 2. uia uicinalis non dicitur ſeparare coniunctionem terrarum, & iſte uiæ uicinales non tollunt alicui ius & beneficium præſentandi ex iure congrui, ſicut & riuus priuatus, non ſeparat coniunctionem fundorum, ſuper qui-

bus petitur prælatio ex iure prothomi. licet Cæpol.in tit. de Ripa. & tit.de uia. q.20.Bar. in l.ſi tertius. in 3.oppoſ. ff.de acqui. plu.ar. communis eſt in contrarium.

1 Fallit etiam in rebus propriis, & facultatibus ſuis, ratio eſt, quia talis uicinus habet multas poſſeſſiones. lituella & traficum mercium, & tamen non uidebit is conuicinus librum rationis, debita & credita & quandoque is talis reputatur diues & tamen quo ad ætatem & conſanguinitatem labitur facultatibus ſuis, & ſe dice, che il fin delle gran facende e ritirarſi in caſa, ut experientia rerum magiſtra docet, quod nota.

2 Fallit etiam in uicinis qui uoces uicinorum audire non poſſunt, quia ij proprie uicini non dicuntur, ex quo Bal. in l.cum aliter.§. hoc autem.ff. ad ſillan. dicit quod appellatione uicinorum ij proprie dicuntur, qui conuicinorum uoces exaudire poſſunt. ut in d.§. hoc autem ibi uocem exaudiat, quod not. licet Iaſ. & Alber.in l. non ſolum in prin. ff.de op.no.nunc. teneant, quod appellatione uicinorum intelliguntur omnes, etiam ſi ſint remoti. præterquam in caſu prælationis, qui de proximo, & non de remoto dicendum eſt ad prælationem rei uenditæ obtinendam pro ut Tiraquel. in.§.i.glo.9.nu.21. de retract.conſang.

3 Fallit proprie in uicinis qui a communiter accidentibus neſciunt facta conuicinorum, ut in homicidiis uel furtis commiſſis in uicinia. ſecus uero in ijs quæ a communiter accidentibus cadunt in notitiam uicinorum, & cum iſta diſtinctione Bal.in l.i.in fine.C. de colluſ. deteg. pertranſit, & Alex.conſi.80. col.3.uol.2. & conſi.50. col. penult. uol.i. & conſi.92. col.3. num.9.uol.5. & conſi.51. col.3. uol.i. nu.4.

## REGVLA CCXXXVIII.

1 Vicini an collectam indicere poſſint conuicinis pro putheolo publico, & in communi reaptando, ſeu reficiendo, tu dic quod ſic, ſecundum doct.& præſertim ſpecul.in tit. de cenſ.§. nunc dicendum. col.5. uerſi. Item pone Guid.

papa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

papa q.444. Cæpol. in ſuo tracta. de ſeruit.urb. prædiorũ 147. nu.2. tex. in arg.in l.ij.§.uicinales.ff.ne quid in loco publi.fiat ad idem in arg.in l.p.§.1.ff. de coll.illecit. & l.i. ff.quod cuiuſque uniuerſ.

1 Fallit niſi ex forma ſtatuti, uel prouiſionis, aliter prouiſum eſſet, circa impoſitionem collectæ, uel per capita ſecundum facultatẽ patrimonii, aut per ſolidũ & libram, ſecundum Iaſ. in l.ſi ſe non obtulit, nu.20. & 19.ff. de re iudicat.Bal.in auct.defuncto. in ult.col.C ad orificia.Bar. in l.i C. de omni agro deſert. lib.11.

2 Fallit etiam quando putheus dirutus eſt facto hominis, quia ille ſolus tenetur ad refectionem, qui deſtruit, uel diruit ſecundum Cæpol. de ſeruit.Vrban.prædiorum, c.47. nu.2. per tex. in l.fin.in fine.ff de uia pub.refic.& c. ex parte,extra de ijs quæ fiunt a maiori parr.Capi.& Luc. de Pen.in l.ad refectionem num.4.C.de aquæduct. lib.11. cum ibi notatis.

## REGVLA CCXXXIX.

1 Vidua ſi habet tutelam filiorum, & ſtuprum committit utique priuatur ipſa tutela, ac ſi tranſiſſet ad ſecundas nuptias. glo. eſt in auct. ſacramentum. in uerſi.nuptu. C. quando mulier off.tut fung. poteſt. Bal. in l. ijs ſolis nu. 4.C. de reuoc.donat. late Marſ.in l.unica. num.54.C. de rapt.uirg. & ſing.416. ꝙ not. Ang. in §. actionum nu.41. uerſi. & etiam deſinit eſſe tutrix. inſt. de actionibus, & nõ gaudet priuilegiis mariti ſi inhoneſte uiuit. Bal.in l.ijs ſolis.C.de reuoc.donat.Dec in c.de quo uult nu.120.de iud.

1 Fallit ſi mater eſſet tutrix teſtamentaria, cuius fides, uita & bonitas eſſet cognita a teſtatore, ſecundum Bar. in l. omnem.C. ad tertul. & illum ſequuntur doct. ultra mont. ſecundum Ang. in d.§. actionum. nu.41.& Bal.in l. lex quæ tutores. nu.7. uerſi. modo quæritur ſi mater.C. de admin.tutel.ubi dicit, ꝙ ratio ſuſpicionis non ualeret ad priuandam mulierem tutela filiorum, ſed neceſſe eſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſet. ꝙ facta legitimam probatione ſubſequatur ſententia iudicis in hac materia, aliter ꝙ tu nota, & obſeruabile dictum.

2 Fallit etiam ꝙ uidua non ſolum propter inhoneſtatem uitæ perdit tutelam, ſed etiam deſinit eſſe de domo & familia mariti pro ut tenent Fab. Imol. Caſt. Bald. Ange. & Saly in d. auct. ſacramenta C. de ſecund. nupt. & Luc. de penna in l. quotiens col. ii. nu. 4. de priuileg. ſchol. l. 12.

3 Fallit etiam in uidua inhoneſte uiuéte, quæ deſinit eſſe commiſſaria teſtamentaria ſi per maritum relicta ſit executrix ultimæ ſuæ uoluntatis, pro ut late per Luc. de pen. in d. l. quotiens de priuil. ſchol. nu. 6. & 7. lib. 12.

4 Fallit itidem in uidua turpiter uiuente, quæ non ſolum deſinit eſſe tutrix filiorum. ſed etiam deſinit eſſe executrix teſtamentariæ mariti & non gaudet priuilegiis Deci. in c. paſtoralis nu. 35. de iudit. ex quo oblita honoris primi uiri conuolat ad ſecundas nuptias, & ꝙ peius eſt. Inimica facta uidetur mulier priori uiro & filiis propter illius uitæ ſorditatem & cum feditate quia in muliere ubi honor non eſt ibi contemptus eſt & ubi contemptus ibi iniuria & ubi iniuria ibi & indignatio, quæ ſemper maxima eſt in domo.

## REGVLA CCXL.

1 Vir pręmortua uxor lucretur dimidam dotis Bar. in l. nuptias. ff. de reg. iur. & l. nihil. ff. rerum amot. intelligit dummodo contractum fuerit matrimonium per uerba de pręſenti licet nondum fuerit tranſducta ſecundum Math. Math. ſing. 74. no. ſtatutum.

1 Fallit in ſponſa ſecundum Bal. in l. penult. §. fin. ff. quod falſo tut. auct. geſtum: qui dicit lucrum dotis ex pato uel ſtatuto locum non habere in ſpoſa ante nubiles annos decedenti quam l. ipſe dicit a bar. didiciſſe, Cepol. in l. i. nu. 22. in fine de uſucap. pro dot. uide etiam Boe. q. 22. nu. 7. & 37. & 38. quod not. Bald. in conſi. 135. nu. 5. uol. 2.

2 Fallit etiam in ſponſa quæ ſui culpa uoluit potius ingre

di monaſterium, quam conſumare matrimonium, quod facere poteſt ut l. Deo nobis. C. de epiſcopis & cler. & c. commiſſum de ſponſal. Bal. conſi. 276. nu. 1. uol. 2. & c. ex parte de conuer. congiu. Boe. q. 22. nu. 39. Abb. in conſi. 1. nu. 1. uol. 1. & conſidero uerba ibi præmortua uxore cum ergo ſponſa a marito uſa, & cognita non fuerit, ergo dotem lucrari non debet.

3 Fallit etiam in alio caſu, quando dos non fuit data, neq; promiſſa ſed bene mulier permiſit uirum omnia ſua bona poſſidere hoc etiam caſu uirtute ſtatuti, maritus lucrabitur dotem uirtute dicti ſtatuti, quia ex longa patientia iuncta cum actu uoluntatis habet locum de in rem uerſo, & ita firmat & concludit Bal. in conſi. 111. per totum uol. 4. quòd not. quia eſt mirabile.

4 Fallit itidem ſi momento temporis ſteterit cum uxore ſecundum Bald. in l. non dubium. nu. 12. C. de legib. idem in c. 1. §. quin etiam uerſi. quæro quid ſi maſculus in tit. Epiſcopum uel Abba. Deci. in c. de cauſis nu. 41. de officio delegat.

5 Fallit etiam quando conuentum eſt in inſtrumento dotem ad ſe reuerti, uxore defuncta ſine liberis nulla habita conſideratione pacti de dote lucranda, quia dos a patre uel extraneo profecta, ad eos uirtute pacti redire debet, ut l. dos ad patrem. ff. ſol. mat. & l. fin. uerſi. niſi in. §. 1. C. de iure dot. Guid. papa q. 523. in princ. idem in conſi. 12. nu. 7. uerſi. ſecundo poteſt reſponderi. uol. 1.

## REGVLA CCXLI.

1 Villa quæ ex forma ſtatuti tenetur ad emendam damni illati, non tenetur de damno dato de nocte, uel alio tempore in quo impoſſibile ſit ſindico ſcire damnificatorem. ſecundum Roma. conſi. 7. nu. 9. princ. quia fuit de nocte illatum in quo tempore licuit ſindico ignorare. ut l. 1. §. occiſorum. ff. ad ſyllan. 2. quando ſubeſt aliqua iuxta cauſa, quæ a dolo, culpa, uel negligentia abeſt cum excuſat. ut Bal. in l. ſi ideo, C. de ijs quibus ut indign. ubi excuſatur ſeruus, ut in pœnam non incidat ſi domino auxilium non

præſtitit quando maxime ſubeſt aliqua iuxta cauſa, qui cum a dolo uel negligentia excuſat, ex quo etiam nō potuit a diligentiſſimo prouideri, ſecundum tex. in l. idem ait. §. ſed gratis. ff. natu. caup. ſta. Marſ. in l. 1. §. præterea. 95. nu. ff. de quæſtio. Bar. in l. ſemper. §. hoc interdictū. ff. quod ui aut clam. Saly in l. fin. C. de dolo. Bal. in l. genero. ff. de ijs quæ not. infam. Felin. in c. nonnulli de reſcrip. col. 36. Roma. conſi. 510. nu. 22. & 23. Bal. conſi. 174. nu. 1. uol. 2. Alex. conſi. 172. nu. 4. uol. 5.

1 Fallit 1. quando infra decem dies denunciatum eſt, merico, ſeu ſaltario, ꝙ debeat dare malefactorem conuictum, uel confeſſum: quo termino elapſo ſi mericus, ſeu ſaltarius non dederit damnificatorem. Tunc commune tenetur ad refectionem damni illati. aliter abſoluetur commune: denunciatione ſeu intimatione, Merico non facta, ſecundum partem & prouiſio Tar. factam de anno 1436. die 27. Aprilis ultra diſpoſitionē ſtatuti Tar. ſub rubrica de beſtiis occiſis, lib. tractatu 10. cap. 17. incip. Item ordinamus, & prouiſionem factam 1495.

2 Fallit in territorio Paduano, quando dominus fundi habet gaſtaldionem in domibus & terris exiſtentibus in diſtrictu prout in parte facta de anno 1537.

3 Fallit in caſtro Conegliani quando ante damnum illatum bona, domus uacua, ſeu blada in campaneis conſignata fuerunt merico, & ipſe acceperit pro conſignata ſi damnum euenerit, & mericus infra tempora limitata non dederit damnificatorem conuictum, uel confeſſum, tunc cōmune tenetur, aliter abſoluetur, uirtute ſententię 1499.

## REGVLA CCXLII.

1 Vtens coram iudice falſo inſtrumento poteſt puniri de falſo, ex quo illud in iuditio produxit & uſus eſt: nam omne male factum præſumitur ab eo factum, ſi de cuius commodo tractatur. ut l. 1. §. ſi quis in ſuo. ff. ne quid in loco publico fiat, ibi eum enim uideri factum, qui uſum eius aquæ habuit, & ita affirmant omnes doct. in l. maiorem. C. de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. de falſ. ratio eſt, & ex eo ꝙ qui utitur inſtrumento falſo, præſumptio inſurgit contra producentē, ꝙ fecerit illud uel fieri mandauit. ſecundum Abba. in c. inter dilecto. not. 5. de exceſſ. prælat. Alex. conſi. 77. num. 1. uol. 1. & Bar. conſi. 199. Deci. in conſi. 175. nu. 4. uol. 1. & c. quanto, de ijs quæ fiunt a maio. parte cap.

1 Fallit hæc regula niſi producens inſtrumentum docuẽrit a quo habuit, uel a quo notario factum & celebratum fuerit, quæ probatio illico coram iudice luce clarior appareat, pro ut etiam dicitur de re furtiua reperta pœnes furem, ut Bar. in l. fin. col. ult. ff. de quæſt. & de monetario ex pendente reprobam pecuniam, qui ſi non conſtat unde habuerit, illico condemnatur; quæ materia tractatur per doct. in d. l. maiorem de falſ. Ratio eſt, quia probatio falſi debet de neceſſitate concludere, ſecundum Bal. in l. iuriſgent. §. quod ferre. ff. de pact. & can. in c. in præſentia de probat. Deci. d. conſi. 175. nu. 4. uerſi. quibus. tamen non obſtant.

2 Fallit etiam quando unum ueriſimile, additur pluribus uerosimilibus tunc reſultat plena probatio, cõtra inculpatum, ut c. cum p. Manchonella in 7. col. de accuſat. & ibi Franc. de Aret. Marſ. ſing. 396. & ſing. 343. & Bal. in l teſtium penul. col. de teſtib. ubi dicit, ꝙ magis creditur paucis teſtibus deponentibus uerosimilia: quam centum non uerosimilia deponentibus; ubi multa accumulat more ſuo ſolito, ꝙ nota.

3 Fallit etiam ꝙ committens falſum in cauſa perdit cauſam, per tex. in l. ſi non obrepſerit, & glo. i. ff. de falſis. Bal. & Barba. in c. olim de reſcript. Bar. in l. i. §. ij. penult. quæſt. ff. de falſ. Deci. in c. cum uenerabilis. nu. 90. & 95. de except. & Bar. in l. in fraudem §. quoties apud fiſcum. ff. de iure fiſci. Boe. late q. 291. per totam.

## REGVLA CCXLIII.

1 Vtrunque ius ciuile & canonicum in ſuo foro eſt ſeruandum, doct. in c. i. de oper. no. nunc. & ij. q. 3. c. euphe-

mium.§.hic colligitur, ubi papa uult ꝙ infames dicantur ſecundum iura pontificia Romana.

1 Fallit in diſpoſitionibus ad pias cauſas, quia in illis, ius canonicum, in utroque foro præualet. Ita Io. And. Cald. Pet. Anch. Imol. & Card. in c. relatum de teſta. Ancha. conſi.25. uidetur in princ. Alex. conſi.14.nu.7.uol.1.

2 Fallit etiam in cauſis matrimonialibus quæ iudicari debent per iura canonica, & non per iura communia ſecundum, tex. in c 1.in fin. de conſi. & affinit.ibi qui canonum ſtatuta non ignorant, cum cauſæ matrimoniales appellentur ſpirituales, ſecundum Nicolaũ ſuperant conſi.65. nu.5. in conſi. mat. cum aliis.

3 Fallit in computatione gradus, nam ius ciuile præfertur iuri canonico in d. computatione gradus, ſecundum Corn. in conſi.36. R. uol.2. & conſi.40. ubi eo. uol.2. & conſi.57. ubi A. uol.eod. & conſi.201. in princip. uol.2 quod nota.

4 Fallit etiam in diſcrepantibus inter ſe, nam ſi ius ciuile diſcrepat a iure canonico in terris imperii præfertur, & econtra, ut ſing. Corne.in conſi.80. ubi c.uol.2. quoniam iurium diſcrepantia ſunt omnino euitanda conſi.57. ubi m. uol.2.

## REGVLA CCXLIIII.

1 Vxor relicta domina maſſaria, & uſufructuaria extantibus filiis alimenta tantum conſequitur, ut Franciſcus Cremen.ſing.8.incip. quid ſi maritus. nu.2.auct.quod locum. C. de ſecund. nupt. & l. titia cum teſtamento.§. fin.ff. de leg.ij. & in ſtatuto noſtro Veneto c.15.lib.4. & hoc idem Old.conſi.212. quidam in ſuo teſtamento col.1. uerſi.7. Alex.conſi.29.nu.1.uol.4.

1 Fallit quando teſtator ſpecialiter eidem reliquiſſet alimenta & poſtea dominium & uſumfructum, quia eo caſu haberet ultra uictum uſumfructum bonorum mariti, ſecundum Caſtr. in conſi.387. incip. ꝙ uxor. uol.2. Bal. in l. fin.

l.fin. col.2. uerſi. idem dico ſi legetur concubinæ. C. de indict. uidui tollend.nu.5.6. & 9. & auct. hoc locum nu. 3. C.de ſecund.nupt. Corn. conſi.257.col.2.F. ibi ex hoc uidetur, uol.i.idem conſi.5 per totum eo.uol.i.

2 Fallit etiam quando per teſtatorem uxor eſt relicta domina domus ꝙ intelligitur, non quod habeat dominium, ſed quandam pereminentiam in domo mariti ſicut habebat uiuente uiro, ut Corne. conſi. 273. ubi c. uol.3. Bar. conſi.9. ſuper eo, & conſi.56. & l.titia cum teſtamento.§. titia.ff.de leg.ij. & Dec. in c. cauſam quæ nu.10. de offic. delegat.

3 Fallit etiam in certis aliis caſibus annotatis per Imol.& Alber.in l.titia. la prima.§. fin.ff de leg.i. & per glo. in l. ſi mulier. C. de iure dot. & l. liberis. col.i. uerſi. oppono fortiter hic.ff.de alim. & cib.legat. & in appoſtilla maior ſing.8.Franc.Cremenſ.Guido papa q.525.nu.1.Cor. conſi.173. a. uol.3.

## REGVLA CCXLV.

1 Vxor relicta dona domina † & uſufructuaria omnium bonorum mariti, toto tempore uitæ ſuæ, filio hærede inſtituto demum mortuo, uxore ſuperſtite, qui ſubſtitutum extraneum habet dubitatur, an debeat habere alimēta tamen an uero uſumfructum dictornm bonorum,tu tene ꝙ uſumfructū omnium bonorū,ſecundū Rom.conſi.516.per totum, & Deci.conſi.454.nu.1.& 3. ubi multa accumulat.

1 Fallit quando filius fuit pupillariter inſtitutus, quia per mortem inſtituti irritatur gradus inſtitutionis & per conſequens irritatur teſtamentum. ut l.ex facto.§. lucius.ff. hæredibus inſtit. & auct. ex cauſa.C. de lib. præter. cætera uero relicta remanent. ut glo. in l. maximum uitium. C. de lib.præter. & iſta eſt opin cōmunis ſecundum Cyn. in d. auct. ex cauſa & Roma. in d. conſi.nu.11.& 12.

2 Fallit etiam quando extaret ſtatutum in loco ubi factum eſt legatum, quia illud in omnibus eſſet obſeruandum, pro eſt in hac alma ciuitate in lib.4. ſtatutorum

cap.15.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cap.15. & late uide Deci. in d. conſi.454. in princ. ubi multa allegat conſi. & doct. ꝙ tu nota & ſtude.

3 Fallit etiam quando ſunt inſtituti pauperes Chriſti. ſecundum Corn. conſi. 180. nu. 2, & 6, il ij. uol.4. ubi allegat quamplurimas leges, quas tu uide, & nota, & ſi uis ſcire ſtude.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INITIVM OMNIVM REGVLARVM

*iuris in præſenti opuſculo collectarum, & cum earum numeris Alphabetico ordine deſcriptarum fœliciter incipit.*


| Reg. | | fol. |
|---|---|---|
| | **F** | |
| 1 | Fur | 4 |
| 2 | Fuga | 5 |
| 3 | Fugitiuus | 6 |
| 4 | Fama | 7 |
| 5 | Furnum | 8 |
| | **G** | |
| 6 | Gabella | 8 |
| 7 | Grauatus | 10 |
| 8 | Grauatus | 11 |
| 9 | Genitiuus | 12 |
| | **H** | |
| 10 | Hæres | 13 |
| 11 | Hæredis appellat | 13 |
| 12 | Honor | 14 |
| | **I** | |
| 13 | Immobilia | 14 |
| 14 | Impenſæ | 15 |
| 15 | Incarceratus | 15 |
| 16 | Inſtantia | 16 |
| 17 | Inſtrumenta | 17 |
| 18 | Incendium | 19 |
| 19 | Iudex | 19 |
| 20 | Iudex 2. | 21 |
| 21 | Iudicandum | 22 |
| 22 | Inceſtuoſus | 23 |
| 23 | Infans | 23 |
| 24 | Impenſa | 24 |
| 25 | Impedimentum | 25 |
| 26 | Inſtrumenta 2. | 26 |
| 27 | Ingrediens | 26 |
| 28 | Iudex 3. | 27 |
| 29 | In integrum | 28 |
| 30 | Iudex 4. | 28 |
| 31 | Iudex 5. | 29 |
| 32 | Iudex 6. | 29 |
| 33 | Iudex 7. | 30 |
| 34 | Iudex 8. | 30 |
| 35 | Iudex | 31 |
| 36 | Iudex | 31 |
| 37 | Iudex | 32 |
| 38 | Iudex | 33 |
| 39 | Iudex | 33 |
| 40 | Iudex | 33 |
| 41 | Iudex | 34 |
| 42 | Iudex | 34 |
| 43 | Iudex | 35 |
| 44 | Iudex | 35 |
| 45 | Infantes | 36 |
| 46 | Interuſurium | 36 |
| 47 | Iudex | 36 |
| 48 | Iudex | 37 |
| 49 | Iudex | 37 |
| 50 | Iuramentum | 38 |
| 51 | Ius agendi | 39 |
| 52 | Ius | 40 |
| 53 | Ius | 40 |
| | **L** | |
| 54 | Laycus | 41 |
| 55 | Legatarius | 41 |
| 56 | Legatum | 42 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 57 | Legatum | 42 | 94 | Mandatum | [illegible] |
| 58 | Legatarius | 42 | 95 | Maritus | [illegible] |
| 59 | Legatum | 42 | 96 | Mulier | [illegible] |
| 60 | Legatis | 43 | 97 | Mulier | [illegible] |
| 61 | Legatum | 43 | 98 | Mulier | [illegible] |
| 62 | Legatum | 43 | 99 | Mulier uxor | [illegible] |
| 63 | Legatum | 44 | 100 | Maritus lay. | 59 |
| 64 | Legatum | 44 | 101 | Mixtum | 60 |
| 65 | Legatum | 44 | | N | |
| 66 | Legata | 45 | 102 | Neceſſitas | 60 |
| 67 | Legatum | 45 | 103 | Noui operis. | 61 |
| 68 | Legatum | 45 | 104 | Negligens | 61 |
| 69 | Legatum | 46 | 105 | Notitia | 62 |
| 70 | Legatum | 46 | 106 | Nobilis | 62 |
| 71 | Legatum | 47 | 107 | Nuncio | 62 |
| 72 | Legatum | 47 | 108 | Noctis | 63 |
| 73 | Legatum | 47 | 109 | Nouitates | 63 |
| 74 | Legatum | 47 | 110 | Notarius | 64 |
| 75 | Legatus | 47 | 111 | Nominari | 65 |
| 76 | Legibus | 48 | 112 | Notarii | 66 |
| 77 | Lex | 49 | 113 | Notoria | 66 |
| 78 | Legitima | 50 | 114 | Nocendi | 67 |
| 79 | Libri | 50 | 115 | Nouale | 68 |
| 80 | Litteris | 50 | 116 | Nominatus | 68 |
| 81 | Locutio | 51 | | O | |
| 82 | Libri | 51 | 117 | Obligatio | 69 |
| 83 | Libellus | 51 | 118 | Obligatio | 69 |
| 84 | Locator | 52 | 119 | Obligare | 69 |
| 85 | Locare | 52 | 120 | Obligatio | 70 |
| 86 | Loca | 52 | 121 | Obligatio | 71 |
| | M | | 122 | Obligationibus | 71 |
| 87 | Mandatum | 53 | 123 | Obligans | 72 |
| 88 | Malafides | 54 | 124 | Obligatio | 72 |
| 89 | Mandatum | 54 | 125 | Obligatio | 73 |
| 90 | Maſculinum | 54 | 126 | Obligare | 73 |
| 91 | Mandatum | 55 | 127 | Omnia inuecta | 73 |
| 92 | Matris | 56 | 128 | Occidens | 74 |
| 93 | Mutus | 56 | 129 | Opem præſtare | 74 |


130 Pa-

130 Papa 75
131 Pars 76
132 Pater 76
133 Pater 76
134 Paraphrenalia 77
135 Pater 77
136 Pater 78
137 Pater 78
138 Pactum 78
139 Pater 79
140 Pauper 80
142 Princeps 81
143 Paſſor 81
144 Princeps 81
145 Periti 83
146 Proles 82
147 Priuilegium 83
148 Perfecto 89
149 Pacta 84
150 Pactum 84
151 Pactum 85
152 Pactum 85
153 Pactum 86
154 Pactum 87
155 Pater 81
157 Periurus 89
159 Perſcriptio 90
160 Præſumptiones 92
161 Priuilegium 93
162 Probatio 93
163 Promiſſio 94

Q

164 Qualitas in delictis 95
165 Qualitates 96
166 Qualitas 98
167 Quandocunque 98
168 Quælibet cauſa 99
169 Qui 99
170 Quilibet 100

R

171 Rector 100
172 Reconuentio 161
173 Regulæ 101
175 Reemere 103
176 Retractus 103
177 Regalia 104
179 Renunciare 105
180 Ruſtici 105
181 Ruinoſam 106

S

182 Saluuſconductus 106
183 Salarium 108
184 Sanguis 108
185 Scriptura 109
186 Signa 110
187 Semen 110
188 Sententiarum 110
189 Sententia 110
190 Seruitus 111
191 Sententia 112
192 Sententia arb. 113
193 Subditi 113
194 Scholares 113
195 Scriptura 114
195 Scriptura 114
196 Solutio 115
197 Sententia 116
198 Stilus 117
199 Sequeſtrum 117
200 Sepultura 118
201 Soluendo 118
202 Societas 119
203 Suſpectus 119
204 Suſpicio 120

V Tenu-

T

206 Tenuta 123
207 Tempus 124
208 Teſtamenta 124
209 Teſtamentum 125
210 Teſtamentum 126
211 Tempus 126
212 Teſtes 127
213 Teſtes 127
214 Teſtibus 128
215 Teſtis 128
216 Teſtium rep. 129
217 Titulum 136
218 Titulum 137

V

219 Variare 137
220 Vagabundi 138
221 Vanus timor 138
222 Veritas 139
223 Venditio 139
224 Vendere 140
225 Venditor 141
226 Vendito boue 141
227 Venditione 142
228 Venditiones 142
229 Venditor bo. 143
230 Venditor 143
231 Vendens 144
232 Valor beneficii 144
233 Verba 145
234 Victus 145
235 Victus 146
236 Victoria 146
237 Vicinus 147
238 Vicini 147
239 Vidua 148
240 Vir 147
241 Villa 149
242 Vtens 149
243 Vtrunque 150
244 Vxor 150
245 Vxor 151

# INDEX, SEV REPERTORIVM OMNIVM CONTENTORVM IN præſenti opuſculo Regularum alphabetico ordine collectarum, ſingulis iuris ſtudioſis non modicam afferens commoditatem & utilitatem.

Anno 1566. 29. Ianuarij, more imperij.


ABſens ex cauſa reipublicæ, an teneatur dimittere procuratorem. Reg. 174.nu.5. fol.103

Accuſare clericum, an poſſit laycus de aliquo exceſſu. reg. 54. nu.1. fol.41

Actio furti, an detur omnibus cuius intereſt, reg.6. nu.2. fol. 12

Actio omnis ſpacio annorum 30. tollitur. reg.5.nu.2. fol.8

Actuum frequentia quæ aſſiduitatem requirit, an inſpici debeat. reg.1.nu.17. fol.5

Acquirere de bonis mariti, an mulier præſumatur. reg.96. nu.1. fol.58

Adulterij & ſacrilegij in cauſa, an iudex laycus iudicare poſſit. reg.20. nu.9. fol.22

Adulter an poſſit eſſe teſtis pro amaſia. reg.216.n.24.f.131

Aduocatus an pro clientulo ſuo teſtis eſſe poſſit. reg.216. nu.64. fol.134

Aduocatus qui fuit in cauſa an in eadem poteſt eſſe iudex. reg. 204. nu.8. fol.120

Aduocatus cauſæ an in eadem cauſa teſtis eſſe poſſit. reg. 216. nu.64. fol.134

Affectionem habentes ad cauſam an reprobandi ſint teſtes. reg.216.nu.7. fol.130

Affines & conſanguinei an teſtes eſſe poſſint. reg.216. nu.6. fol.130

Affictuum & liuellorum cauſa an fidantia dari debeat. reg.182. nu.9. fol. 107

Agrorum depopulatores qua pœna puniri debeant. reg.1. nu.6. fol.4

Agere ſine mandato an quilibet admittatur pro eccleſia. reg.

reg.170. nu.1. fol.10
Appellatione filii cum aliqua qualitate, an porrigatur a nepotes. reg.166. nu.3. fol.9
Arbiter an poſſit incontinenti ſententiam ſuam corrigere. reg.37.fall.1. fol.3
Arbiter an poſſit iudicare in cauſa reconuentionis.reg.172. num.1. fol.10
Arbitri ſententia an poſſit quandocunque mutari. reg.192. num.1. fol.113
Arbitri ſententia de nocte lata, an teneat. regu.192.nume.2. fol.113
Aſſertioni matris in articulo mortis, an filiis noceat. reg. 192. nu.1. fol.56
Aſſeſſores rectorum an poſſint teſtificari de ijs quæ coram eis aguntur. reg.216. nu.64. fol.33
Aſſeſſor an in eadem cauſa teſtis eſſe poſſit, reg.216.nume.64. fol.134
Aſſignatio termini facta parti ad probandum, & probatum habendum, an poſt terminum fieri poſſit. reg.38. nu.1. fol. 33
Aſſuetus furari, an pœna mortis puniri poſſit. reg.1.nume.13. fol.5
Aſſuetus litigare, an poſſit a teſtimonio repelli. regu.1. num.12. fol.5
Aſſuetudo, conſuetudo, & deſuetudo: an inter ſe differant. reg.1. nu.18. fol.5
Attinens teſtis utrique parti, an reprobari poſſit. reg.216. num.56. fol.134

B

BANNITVS an dicatur proprie fugitiuus, reg.3. num.2.ampl. fol.
Bannitus de Padua ſi eſt creditor, an debitor tenetur alibi ſoluere. reg.18. nu.7. fol.
Bannitis an fidantia dari debeat. regul. 182 nume. fol.
Bannitis an ſit ſibi fides ſeruanda.reg.182.nu.7.in fin. fol.

Bannit.

Banniti an poſſint eſſe teſtes . reg.216.nu.1. fol.129
Beneficium eccleſiaſticum poſſidens per triennium an poſ-ſit moleſtari . reg.174. nu.2. fol.102
Beneficia eccleſiaſtica an teneantur ad munera extraordinaria . teg.6.nu.3. fol.9
Beneficii redditus an aliquo modo laycis obligari poſſint . reg. 126. nu.3. fol.50
Beneficiis obtinendis an ualor ſit exprimendus . reg.232. nu.1. fol.
Benefacienti an ſit benefaciendum . reg.125. num.1. circa med. fol.72
Beneficia collata monachis , an in conſideratione habenda ſint. reg.116. nu.1. fol.68
Beneficia ſi conferuntur per papam motu proprio an ualor ſit exprimendus. reg. 232. fall. 1. fol. 144
Beneficia impetrata a Cardinali , an ualor ſit exprimendus. reg. 232. nu.3. fol. 144
Beneficij ualor , an ſit ab impetrante exprimendus . reg. 232.nu.1. fol.144
Beneficij ſui redditus an quis poteſt obligare ex aliqua cauſa. reg.126. nu.1. fol.68
Beneficio in obtinendo ad pedes S. N. P. an requiratur mandatum. reg.170.nu.4. fol.100
Beneficiorum incapax ſi a pontifice habilitetur ad omnem dignitatem , non obſtante defectu natalium , non tamen officia & beneficia obtinere poterit, niſi dicatur , & hoc ex ſpeciali diſpenſatione. reg.163.nu.2. fol.94
Blaſfematores an de iure teſtes eſſe poſſint . regu.216. num.63. fol.131
Bona alienari prohibita an ueniant in generali obligatione. reg.negat. nu.6. fol.
Bona in alieno territorio poſſidens an ibi collectari poſſit . reg.174. nu.4. fol.103
Bonus præſumptione naturæ quælibet præſumitur, niſi probetur malus. reg.173.nu.1. fol.102
Bonæfidei poſſeſſor an poſſit agere actione furti . reg.9. num.2.fall. fol.12



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bonis feudalibus an pater habeat uſumfructum. reg.13. nu.3. fol.77

C

CAPTVS an relaxari debeat, ſi conſtat de debito. reg.174.nu.7. fol.103

Carceratus pro debito fiſci, an poſſit recommendari, pro alia cauſa. reg.15. nu.1. ampl.1. fol.16

Carceratus in de feriata, an ſequeſtrari poſſit idem debitor pro alia cauſa. reg. 15.ampl.1. fol.16

Carceratus pro crimine, an poſſit recommendari pro aliis exceſſibus. reg.15. fall.ij. fol.16

Carceratus pro debito ciuili an poſſit pro cauſa alterius ſequeſtrari. reg.15. fall.3. fol.16

Carceratus in caſono an poſſit ex alio debito ſequeſtrari. reg.15. nu.30. 16

Cæcus an teſtis eſſe poſſit. reg.216.nu.4. fol.129

Certus an certiorari debeat. reg.174. nu.8. fol.103

Clerici & ſcolares habentes immunitatem a Gabellis & datiis, an aliquo modo aſtringi poſſint per agentes communitatis alicuius caſtri ad munera extraordinaria. reg. 6.nu.3. fol.9

Clericus an obligare poſſit futuros redditus ſui beneficii. reg.126. nu.1. & 3. fol.73

Clerici infirmi, uel aliqua neceſſitate detenti: an poſſint obligare futuros introitus. reg.126.nu.3. fol.eo.

Colonus an poteſt eſſe teſtis pro domino. reg.216.nu.79. fol. 136

Communitas an immunitatem aliquam concedere poſſit. reg.174.nu.14. fol.103

Compater an poteſt eſſe teſtis pro filio ſuſcepto ex ſacro fonte. reg.217.nu.77. fol.135

Conceſſio geminata pontificis arguit certam ſcientiam. regu. 6.nu.8. fol.10

Conſuetudo an & quando ſit obſeruanda circa gabellas. regu.6. nu.4. fol.9

Conſuetudo ſi eſt in contrarium uſui, in pane coquendo, quid agendum. reg.5.nu.4. fol.8

Conſuetudo in caſu gabellæ an ſit ſpectanda. reg 6.nu.4.f.9


Conſue-

Conſuetudo ſi eſt quod ſententia de nocte feratur, an lata ualeat. reg.188.nu.5. fol.110
Conſulens perſuadens & inſtigans an teneatur de malo cõſilio. reg.179. nu.4. fol.105
Conſuetudo antiqua an ſemper ſit obſeruanda. reg.6. nume.4. fol.9
Concluſione in cauſa facta, an inſtrumenta de nouo produci poſſint. reg.17. nu.6. fol.18
Concluſione in cauſa ſequuta an inſtrumenta produci poſſint. reg.17.nu.1. fol.18
Conuentionis forma omnino eſt obſeruanda. reg.226. nume.7. fol.142
Creditor habens pignus in ſuis manibus, an poſſit procedere contra debitorem. reg.3.fall.2. fol.7
Creditor an poſſit retinere debitorem in loco & territorio alieno. reg. 3. nu.1. fall. fol.6
Creditor an poteſt debitorem in diem uel ſub conditione ob ſuſpitionem fugæ retinere. reg.3.nu.4. fol.6
Creditor an poſſit in caſu truffæ debitorem in domo retinere. reg.3.nu.5. fol.7
Crudelis eſt, qui famam ſuam negligit. reg.12.nu.6. fol.14

D

DEI templa uiolantes, an comburi poſſint & debeant. reg.1.nu.22. fol.5
Deus dedit hæbreis ſenſum & prudentiam ut regere poſſit populum.reg.77.nu.1. fol.49
Debitore principali non excuſſo, an contra poſſeſſorem executio fieri debeat. reg.33.nu.1. fol.30
Debitores latitantes, an ex iure noſtro in domo retineri poſſint. reg.203. nu.1. fol.119
Debitores non liquidi, nullo modo retineri poſſunt. reg. 203. nu.1. fol.119
Debitor fugitiuus, an poſſit opponere exceptionem incõpetentiæ. reg.3.ampl.3. fol.6
Debitor in diem, uel ſub conditione an poſſit retineri. reg. ſupra. ampl.4. fol.eo.
Debitor fugitiuus, an in eccleſia retineri poſſit. reg.3. nu.4. fol.7



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Debitor fugiens in eccleſia, an gaudeat immunitate eccleſiæ. reg.3.nu.4. fol.7
Debitor poſſidens immobilia an uti ſuſpectus retineri poſſit. reg.3.nu.5. fol.6
Debitor retentus ſi non conſtat de debito, an retineri poſſit. reg.274. nu.7. fol.103
Debitor poſſidens bona ſtabilia an retineri poſſit. reg.3. num.1.fall. fol.6
Debitores fugitiui, an certis diebus retineri non poſſint, reg.3. nu.5. fol.6
Debitor ex forma inſtrumenti, an executio in eius bonis fieri poteſt. reg.26.nu.3. fol.26
Debitum remittere an quis poteſt ſine ſpeciali mandato. reg. ſupra. nu.2. fol.56
Decreti interpoſitio an requirat cauſæ cognitionem. reg. 35. nu.3. fol.31
Decreti interpoſitio, an cauſæ cognitionem requirat. reg. 35. nu.3. fol.31
Decretum iudicis an poteſt interponi die feriata. reg 35. num.4. fol.31
Decretum an interponi poſſit non citato poſſeſſore. reg. 35. nu.2. fol.31
Delinquentem clericum, an laycus iudex punire poſſit. reg.20.nu.3. fol.21
Delinquens ſi crimen committit qua pœna puniri debeat. reg.1. nu.19. fol.5
Delinquens ad neceſſariam defenſam an puniendus ſit. regu.128.nu.2. fol.74
Delinquens an poteſt proclamari non præcedentibus inditiis. reg.44.nu.2. fol.35
Delatio iuramenti an requirat ſpeciale mandatum. reg.91. nu.5. fol.56
Deſertor militiæ an & qua pœna puniri poſſit. regu.2. nu.1. fol.5
Domeſtici teſtes an ſint reprobandi in cauſis. reg.216. num.9. fol.130
Dominus actoris & rei, an recuſari poſſit. regu. 32. nume. 5. fol.49

Donandi

Donandi in mandato, an requiratur ſpecialis commiſſio? reg.91 nu.5. fol.55
Donum Dei an proprie dicatur lex. reg.77.nu.1. fol.49
Donatio inter patrem & filium an ualeat.reg.132.nu.1.f.76
Dotalis contractus trino teſte annotatus, an ad curias ſententiari poſſit. reg.26. nu.5. fol.26
Dotata an poſſit agere ad ſupplementum ultra id ꝗ ſibi eſt relictum. reg.78. nu.2. fol.50
Dotem in teſtamento an filiæ ſpuriæ pater relinquere poſſit. reg.141. nu.1. fol.80
Dotis fauore an mandatum expirat morte mandantis. regu.87. nu.3. fol.53

E

EBRIETAS an ſit fométum omnium maleficiorum. reg.216.nu.3. fol. 129
Ebrio deponenti tempore ebrietatis, an ſit fides præſtanda. reg.216.nu.3. fol.129
Eccleſia an teneatur ad onera & gabellas ordinarias. regu.6.nu.2. fol.9
Eccleſiarum cauſis, an pereat inſtantia. reg.16.nu.3.fal.f.17
Eccleſiaſticæ perſonæ an teneantur ad gabellas quæ portantur pro uictu. reg.6.nu.6. fol 9
